



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XI. De personis sui vel alieni iuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Arque iure codicis, in adoptionem extraneo datus, retinet iura patris naturalis. *l. cum in adoptis. C. de adopt. §. sed hodie, eod. apud Just.* & alia contingunt neque civilis ratio vel fictio, quod iuris sanguinis est, immutare potest. *l. iura sanguinis, de reg. ur. in P. l. ius agnationis, de pact. in P. l. eas, de cap. dim. §. si de iur. nat. c. i. sim. Quod*
 27 & † in brutis relucet, siquidem id verum est, quod Theodoricus Gothorum rex Symmacho scribens ait. *Cassiod. lib. 2. variar. epist.* Perdicibus hunc esse morem, ova perditia per alterius matris damna refarcire, ut adoptione alienæ sobolis, incommoda suæ reparent orbitatis: verum nati mox ubi fiduciam habere ceperint ambulandi, in campos exeuntes cum matre, ut fuerint materna voce commoiti, ouorum suorum genitricem potius petunt, quamuis ab alia fertilius fecibus educentur. † Inter † Langobardos seu Iustabres olim quoque adoptandi obtinuit mos, sed paulo diuerso ritu, quam Romanis esset, nempe detensione capilli facta adoptati per eum, qui adoptaret: ut planum fit ex verbis Pauli Diaconi *lib. 6. de gest. Langobard. cap. 15.* que huiusmodi sunt. *Circa hæc tempora Carolus Pipini filius Francorum rex. filium suum ad Luitprandum regem Langobardorum misit, ut eius iuxta morem capillum susciperet, qui ei casarium incidens effectus pater est, multisq. regis muneribus donatum genitor remisit.*
 29 † Neque † enim aliquando Franci ignorarunt usum adoptionis, tunc licet ex eo, quod Titemius *lib. breuia. annal. Franc. in rege §. 2. referat,* quod Clodouei anno septimo Sigibertus rex Galliarum in Austrasia filius Dagoberti anno Domini 632. adoptauit Hildericum filium Grimaldi Maioris datus, in filium, & regni successorem. Hebrei quoque antiqui, & posteri adoptione vii sunt, ut legitur apud Iosephum *antiqu. cap. 15.* Abrahamum adoptasse sibi in filium, natum ex fratre suo Aaramo & germanum uxoris suæ Saræ. Apud Assyrios etiam adoptandi antiquissimum fuisse morem tradit Berossus, *lib. 5. de formatione eadem ferme apud Diodor. Sicul. lib. 4. Biblioth. loquens de tertio rege Babilo-*

nia Nino. Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius, armis sumtis Regem & Camefenum regno paterno pellens, & secum Osirim retinens, in filiumque adoptans, cum a patre suo Hammonem Iouem cognominauit, ut a magistro Olympo Olympicum, eique totius Egypti regnum tradidit. Eodem anno virgo Pallas apud Tritonidem lacum infantula exposita, ab eodē Dionysio Ioue Lybico etiam cognominato adoptata in filiam fuit, quæ omnem militiam prima Lybicos decuit. Inter Grecos & receptam monet Plutarch. *in vit. Thes.* dum ait a Pandide Argem, ab Aegeo Theseum, vnde ei nomen, adoptatam. Et lex exitat Platonis, *lib. 9. de legibus.* ut qui plures liberos haberet, vno retento non habentibus alios in adoptionem daret. † In † Gallia tamen, inquit Mafuerius *in tit. de probation. §. item si defunctus.* filii adoptiui non succedunt adoptantibus, quod & firmat Guillelmus Benedictus *in repet. cap. Raynuius, in verb. §. uxor. nom. decis. §. num. 197.* Tiraquel. quoque *tract. de retract. gl. §. 1. qui & illis non competere ius retractus gentilitii tradit.* Quamuis vt extranei, si instituantur, possint succedere, non enim prohibitum est, *l. extraneum, de hered. instit. C. §. fin. cod. tit. apud Iustinianum.* extraneum heredem facere. Ceterum hodie non videntur iure hæc adoptionis, neque quod quis nutriet alienos liberos, erudiat, foueatque vt suos, ideo pater eorum vel illi filii dicuntur. Fuit enim & semper etiam tum, cum adoptio frequens, inter adoptatum & alumnum discrimen: si quidem adoptatum vel instituere vel exheredare, vt filium, necesse erat, & legitimam ex lege relinquere saltem, *l. arrogator, de adoptio. in Par. in alumno,* quantumuis quis promiserit, vt filium habere, id ipsum non est necessarium, *l. si quis cum filium, de verborum obligat. in P.* Neque inhibite sunt nuptiæ, cum alumna, *l. si quis alumnam suam, 26. de nuptiis, lib. 5. C. tit. 4. §. eadem, quib. manum. non lic. cum tamen cum adoptiua filia prohiberentur. §. hæc adeo, de nupt. apud Iustinianum.*

DE PERSONIS SVI VEL ALIENI IVRIS, LIBER. XI.

De libertate & seruitute in genere.

CAP. I.

- 1 Continuatio libri, & quod
Vnum genus hominum omnium natura.
- 2 Hominum diuisio in liberos, seruos, ingenios, libertinos, & qui.
- 3 Libertas quid.
- 4 Seruus duplex, corporis & animi.
- 5 Vis cogit. & errare licet.
- 6 Vis quid.
- 7 Captos occidere licet, sed humanus actum, vitam conseruando eisdem.
- 8 Seruus quomodo iuris & iurisdictionis sit, eod.
- 9 Seruus quomodo contra naturam, sed non contra ius naturale.
- 10 Ius naturale quomodo dicendum immutabile.
- 11 Ius civile, & naturale esse, & quomodo.
- 12 Seruus iuris gentium, & iuris civilis quomodo.
- 13 Serui sunt, & nascuntur.
- 14 Seruus impius, qui se ob pretium venundari passus est.
- 15 Seruituti mori preponenda, & exempla eorum, qui mori elegerunt, potius quam seruire.
- 16 Libertas inasistibilis res, nihilque infelicitis seruitute.
- 17 Ius dominandi in seruos quibus rationibus probet Aristoteles.
- 18 Seruus & liberi quidam natura, quidam civili iure: & vile seruire aliquibus.
- 19 Libertatis statum non est iure prohibitum.
- 20 Libertas vera, obedire bene præcipientibus, & legibus, eodem.
- 21 Dominatio & seruitus, in liberis personis potestas dicitur. Breuis narratio tractandorum.



UPERIORIBVS † libris personas, veluti nascentes, & ex prima origine, satis distingui admonimus: nunc postulat ordo, vt eadem veluti natas, per accidentia, quæ extrinsecus accidunt, perpendamus: ex quibus status illarum naturalis iure gentium, vel civilis, vel imminuitur vel impeditur. Itaque omnium hominum vna & eadem nascendi & moriendi conditio naturalis: *Sapient. 9.* ratione quoque status naturalis, vnum & idem erit genus, quod aliud nomen ab initio preiprium nõ habebat. † Quando † autem cepit ille status subici, ceperunt distingui etiam ex accidente illo, aliis nominibus homines generaliter: nempe, vt qui statu suo pro nutu vt non possent, dicerentur serui: qui vero non fuerunt de sua dignitate delecti, liberi. Sic apparuit libertas vt naturalis, quia prior & antiquior, eo quod ipsi repugnare cepit: & quia quidam dehinc ex seruitute restituti sunt in libertatem, quidam autem nunquam seruerunt, facta sunt tria genera hominum, & totidem generales appellationes: aliique ingenii dicti, qui nunquam seruerunt, nec eorum parentes: alii serui, qui seruiunt alii liberi, id est, liberati, relati ad patronos: vel ad ingenios libertini, quibus oppressa per seruitutem libertas, restituta est, *Ulpianus in l. manumissiones, l. de instit. & iur. lib. 1. P. tit. 1. §. ius autem gentium de iur. nat. apud Iustinianum, lib. 1. §. 1. de libe. n. §. 1. de iur. person. Martian. in l. & seruorum, §. de stat. homin. libr. 1. P. tit. 5.* Verum libertatis nota & macula quædam inter ingenios remanet, vt pote ob receptum beneficium, illis a quo acceperint, nempe patronis & eorum successoribus valde deuinctis, vt Horatius de se dixerit ideo, *lib. 3. serm. Satyr. 6.*

Quem rodunt omnes liberino patre natum.

Cognoscimus autem ex finitione libertatis, & ex eius substantia, seruitutis & libertorum conditionem, & qualis sit.

† Concipitur † porro illa a Florentino Iuriconsulto, *l. libertas, de statu homin. libro primo, P. tit. 5.* & in iuris civilis institutionibus §. libertas, de iur. person. his verbis: *Libertas est naturalis*

facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Iuuenalis liberum existimare videtur etiam cum tantum, qui suo arbitrio vivit, Iuuen. Sat. 5.

Tu tibi, inquit, liber homo & regis conuina videris.

Sic Cicero 1. Offic. & in Partit. libertatis proprium ait, vivere vt velis. Item Actio. 6. Politic. c. 2. videtur libertas esse, vt Quibuslibet res bella. Plutarchus aet. & aet. quoque, veræ vitæ liberum iudicium & liberam actionem esse dixit. Et Perfluus,

*An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, vt voluit?*

Et Cicero pro Plancio, Tabella dat eam libertatē populo, vt quod velint, faciant.

4 ¶ Verba ¶ reliqua finitionis, nisi quod vi aut iure prohibetur, ostendūt, quod libertas illa minuitur, vel opprimatur, duplicemque seruitutem corporis & animi: vis quippe in corpore in externis, prohibito autem iuris animum potissimū cogit. Vis est maioris rei impetus, qui repellit, vel saltem ex arbitrio, vel commode nō potest, l. 2. de eo quod met. cau. in P. Et Vlp. l. 1. eo. tit. vis necessitas est, contraria alicuius voluntati. Quamobrem capti in bello viamittunt vsū seruitutis, coguntur enim, & vt ait Virgilius 1. Æneid. 2.

Vna salus vltis, nullam sperare salutem.

5 ¶ Qui ¶ enim nobis vim inferunt, possunt iure naturæ vi repelli, Florent. l. 3. de iustit. & iur. P. §. cum arietes. si quadrup. paup. sec. dic. §. qui cum aliter, ad l. Aquil. in P. l. 1. §. vim vi, de vi & vi arm. lib. 4. P. tit. 3. qui mortem meliuntur nobis, vt morte afficiantur digni sunt, Caus. l. 4. ad l. Aquil. in P. l. 1. & 2. quan. lic. vnicui. sine iudic. se vindic. in P. cum siml. Et vt ait Ouid. 3. de arte.

*Inuice me, fraus est concessa, resellere fraudem:
Armag, in armatos sumere iura sinunt.*

6 ¶ Quo ¶ factum est, vt captiuos occidere hostes liceret: tamē humanitate Cæsarum & eorum qui cæperāt, vita donati, §. serui autem. de iur. perso. l. libertus, §. si. de stat. hom. Nam vt dicebat Pyrrhus apud Cicero. 1. Offic.

*Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Et nos parcere equum est.*

Ita iuris gentium dicta fuit seruitus, ean. ius gentium, 1. dist. in l. manumissiones, 4. de iustit. & iur. P. l. si id quod, 64. de cond. ind. lib. 12. P. tit. 6. §. seruitus autem est, de iur. perso. libertas, l. 4. §. seruitus, de stat. hom. §. ius autem gentium, de iur. nat. gentium, inquam, quia humanitate illa fere omnes gentes vt soleant: iuris, quod iustum, certe & æquum est, vt ei, qui potuit vitam adimere, vitæ fructus & opertas debeas. ¶ Sic ¶ enim, contra naturam quidem libertatis est seruitus, d. l. libertas, §. seruitus, de stat. homin. & d. §. seruitus, de iur. perso. cum siml. quia natura liberi nascimur, §. ius autem gentium, de iur. nat. l. manumissiones, de iust. & iur. P. sed non est contrarius naturalis: nam qui abutitur sibi concessa potestate, indignus est ea, & priuari debet, c. privilegium, 11. q. 3. c. posse aquam, §. his ita, 24. q. fin. c. vbi ista, & c. gesta, 84. dist. in l. Innoc. 3. in c. tuarum, c. 11. de privileg. lib. 5. Decretal. tit. 33. l. auxilium, de minor. Neque naturalia omnia quæ sunt, incorruptibilia vel immutabilia sunt. Quinimo, sicut naturale est nasci: sic contrarius aduenientibus causis, naturale est per eadem causas corrumpi, l. nihil tam naturale, de regul. iur. P. l. 1. eo. tit. apud Gregor. ¶ Atque ¶ in iure naturali & illud obferuo, ius naturale esse immutabile, §. sed naturalia, de iur. nat. gen. & iur. qu. andiu ius remanet, hoc est, quandiu iustum illud naturale habet rationes & æquitatem, quibus iustum dicitur: veruntamen & mutabile erit, quando subductis columnis rationis & æquitatis, iustum dissoluitur. Quod accidit, quando rationes, quæ æquum statuebant, aliis subortis causis nouis, incipiunt minui, & superantur alia maiori æquitate: vt si quod antea proderat, alio adminiculo incipiat esse nocivum & perniciosum, Alex. 3. in cap. dilecti filii, cap. 8. & c. suggestum, cap. 9. de decim. lib. 3. Decret. tit. 8. cap. quid per nouale, de verborum significat. vel si mali exempli fiat, veluti dum Ezechias comminuit serpentem æneum, 4. Reg. cap. 10. qui antea summæ venerationis fuerat, Numer. 21. quia in idolatriam inciderat populus. ¶ Sic ¶ ciuilis ratio, iura naturalia nō corrumpit: naturalis alia opposita, si maior, & tollit, & corrumpit, l. eas, de ea. dimini. Quemadmodum etiam & ciuilis ratio, quæ naturalem habet causam, fere semper comitem. Ratio enim vix dici potest, quæ naturalis non sit, quæ tamen non semper, quod naturæ communi congruit omnium, considerat, se aliquādo tantum societatis alicuius ciuilis causam, vt quæ commodius alicuius vita instituat, habita ratione mortum presentis loci, & eius quod ibi sæpius, quam alibi communiter inter homines contingit. In-

deque ius ciuile, quod proprium cuiusque ciuitatis, hoc est, quod maxime conformatum est ritibus, & moribus receptis in ciuitate, partim cū iure naturæ consentit, Vlp. l. ius ciuile, 6. de iust. & iur. P. veluti cum sermento æquitatis, & iustitiæ & iuris, vnde tantum iustum: nec tamen per omnia ei inferuit, id est, nō omnino secundum vniuersalem æquitatem naturalem statuit. Necessitas quippe societatum, interdum iubet ab ea æquitate deflectere, vt propter frequentiam criminum, augeri pœnas, aut propter mores sæuiores, & barbaros durius statui: interdum cōtraria causa minui, & aliter hic expedit, aliter alibi leges temperare. Quæ omnia tamen, etsi diuersa in locis diuersis & contraria, iusta nihilominus sunt & æqua: sed diuersa ratione, & secundū quid, non secundum generalem considerationem iuris naturæ in abstracto, sed secundum ius naturale in concreto, & pro conuenientia subiecti, cui nomotheta iustum præscribit. Vt non dubitem ius naturale & in iure ciuili esse, verum in illo cōcreto appellationem ciuilis dominari. Et tamen si sanctiones ciuiles nō sunt consonæ rationi, ius non faciunt, quantumuis ita nominentur, sed corruptelam: si autem consentiant cum ratione, cum ea naturalis sit, ius quoque ciuile, & naturale hoc modo erit, & in concreto dici poterit, & ratione contradictionis ad illam vel illam ciuitatem, ius naturale, & ciuile quoque. ¶ Ea ¶ ratione seruitus & iuris gentium est, & iuris ciuilis, nec cōtrariari hanc iuri naturali, sicuti aliqui absolute perperam rati sunt, arbitror: ratio enim naturalis recipit, sui esse defensorum, vimque repellere, l. 3. de iust. & iur. cum siml. sup. citatis, & aduersum nocentes, bellum, vt ad bona cogatur, iuste & rite mouere, l. ex hoc iure, eo. §. ius autem gentium, de iur. nat. Vlpia. l. hostes, 24. de capti. lib. 4. §. P. tit. 15. Recipit quoque humanitatem, recipit & beneficiorum retributionem, l. sed est, §. consuluit, de pet. hered. in P. l. Attilius, de don. P. recipit igitur ex istis natam seruitutem. Et quia is non genuisset liberos, qui captus fuit, si fuisset occisus, debere non tantū seipsum, sed & suos conseruato, non erit valde difficile colligere. ¶ Vnde ¶ serui & nasci, & fieri dicuntur, §. serui autem, de iur. perso. §. 2. de ingenu. l. partum, C. de rei vind. sunt captiuitate, & aliis modis, de quibus cum de seruis agemus: nascuntur, qui ex illis nati sunt. ¶ Quibus ¶ alia species iuris ciuilis Romani accessit seruiturum, eorum qui tantum beneficium naturæ continententes libertatis, ad pretium participandum se venundari passi sunt, maiores viginti annis, d. §. serui autem, l. i. quib. ad liber. procl. non lic. P. l. si ministerium, & l. non ideo, de liber. cau. C. ploris facientes pretium vile, quam seipsum, Et vere certe isti serui natura, cum seruilem spontaneum habeant, & imminutum a ratione animum. Nam etsi iniquum est, liberum asseruisse eum, qui seruitus est, longe iniquius tamen seruum sanxisse, qui liber est, ait Aristot. proble. sect. 29. q. 13. Brutis isti insipientiores, quæ seruitutem quoque abhorreant, bestia quippe, vt ait Cic. 5. de finibus, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quam si essent liberae, non facile tamen patiuntur sese contineri. ¶ Dixeritque ¶ qui bene philosophati sunt, seruitutem mortem præferendam, vt Cic. Philip. 10. & 1. Offic. Eaque ratione Dardanix mulieres, seruitutem credebant miseriam turpissimam, filios pueros, quos in vlnis batulantes, in gurgitem fluminis, ne in hostium potestatem venientes seruirent, proiecerunt, acclamantes, Vos certe non seruietis. Sic Xanthii se & suos petius combusserunt, quam Bruto captiui se dederent, teste Philone Iudæo, si. quod omnis prob. lib. sit. Et mulieres Celtice ex Cennis deuictis ab Antonino, captiuae elegerunt potius mori, quam seruire, Xiphil. ex Dione, in Antonino Caracalla. ¶ Inæstimabilis ¶ res libertas habita merito, §. sed cum 14 libertas, qui & a quib. manu. lib. non fiant, l. libertas, de reg. iur. P. nec gratius quicquam libertate præstari potest, l. Paulus, de fideicom. libert. in P. Sicuti, vt ait Cicero Philip. 2. 10. & Seneca epist. 72. nihil infelicius seruitute, vt etiam ea morti comparetur, l. seruitute, de reg. iur. l. cum hic status, §. 1. de don. int. vir. & vxor. & serui pro nullis habeantur, l. quod autem, de reg. iur. ¶ Pluribus ¶ Aristoteles 15 lib. 1. Politic. cap. 3. & 4. firmat ius dominandi in seruis, & docet graue non videri oportere, si quis eius, qui vim afferre potest, & potentia præcedit, seruus fiat, & subditus is qui vim patitur: quod semper id quod superat, est in excellentia alicuius boni, ex quo fit, vt vis non absque aliqua virtute esse videatur. ¶ Atque ¶ seruos quosdam esse secundum naturam, alios liberos: & quibusdam expedire, & conducere, & professe seruire, qui se regere nesciant. Imo naturam seruilia quædam corpora ideo robustiora fecisse ad necessarios vsus, alia vero ad ea inutilia. Et natura quidem omnia corpora virtute præstantia, & animo nobilia facere, & ex bonis & rationalibus homines similes generare vult, sed plerumque

plerumque non potest: necessariumque ideo in naturæ conseruatione humana, vt alii obediant: alii præstant, alii imperent & dominentur, alii seruiant. Sic enim mutuo membra se fouent, & qui ingenio pollent & sagacitate, imperio, & sanctione, & gubernatione, hebetes & improvidos ab errore, lapsu, damnove præseruant: qui vero iuuantur, mutuo officia & obsequia rependunt. Quocirca qui vitis seruescunt, & illis nolunt abire: nec monita prudentum, & rationis, quæ in arce animæ imperat perficiunt: et si corpore aliis non seruiant, tamen vere serui & maicipia vitiu non sunt, ab illis superati. A quo enim quis superatus est, illius est seruus, vt ait D. Petrus, 2. P. 2. Edidit librum eius argumenti eruditum Philo Iudæus, Quod omnis probus liber sit: ea ratione, & omnis improbus & delictis scatenus seruus, non habita ratione externæ dominicæ potestatis, vel libertatis. Idipsum quoque recte probat multis Perlius Satyra 5. Et veram libertatem a sapientia, quam nec prætoris erat stultis dare vindicta, nec veram libertatem, quam seruis pilea donant. Idipsum & ex Stoicorum rationibus exornat Cicero in pen. paradox. § 4. ad Herennium. & qui facit peccatum, seruus est peccati, D. Ioannis, cap. 7. Et Aristoteles lib. 2. Rhet. ad Theod. cap. 2. sententiam illam adfert, Nullum hominum esse liberum: nam aut fortuna, aut pecunia seruit. Quamobrem ¶ ex fictione, libertas seruum necessarium accipit, vt nõ liceat quod iure prohibetur. Sic Perlius Satyr. 5.

Vindicta postquam meus a prætoris receffi,
Cur mihi non liceat, in sit quodcumq; voluntas,
Excepto, si quid Masuri rubrica vetarit?

Et quæ leges fieri prohibent, ea in nostra potestate non censentur, si ius, de conditio. in situr. habetque lex vim cogentem imperio, l. legis virius, de legib. sed ad bona: vnde vis proprie non dicitur, nec improba, imo libertatis veræ conseruatric, & libertatis per vitia læsa, medicina vitiuorum, & pharmacum. Immoderata quippe libertas, iam ex eo quod immoderata est, ad morbū peruenit: nimium enim omne & excessus vitiosa est, in medio natura: vt in corpore sua crasi temperato, dissolutio illius, & defectus, & excessus morbus est. Atque ingenium animusque dum subabatur libertate, videtur iam oblesas, & seruus præter naturam: si quidem seruitus est obedientia fracti animi, & abiecti arbitrio suo carentis. Ideo vt non culpatur Chirurgus, vel medicus, dum salutis ægroti sollicitus, impatientem doloris & curæ ægrotum, & pati & sumere pharmaca medicata, nouaculaque & ferrum cogit: sic nec magistratus vim inferre dicitur, vel libertatem opprimere, qui leges exsequens, ferrum, & pœnas, metum, & coactionem infert improbis, vt meliores reddantur, & a seruitute voluntaria respiciant, restituanturque sanæ libertatis: nec iuris executio iniuriam habet, l. quemadmodum, §. magistratus, ad leg. Aquiliam, lib. 9. P. l. iniuriarum, §. 1. de iniuriis, in P. Vera, inquit Plutarchus lib. de discret. adulator. & amici, & amica libertas peccatis imminet, salutem ac medicam adferens molestiam non secus ac mel, quod videro mordet ac repurgat, alioquin iucundum & visile. Sicut igitur omnis humana creatura, prona est ad malum ab adolescentia sua, Genes. 3. & vanitati subiecta est, ad Roman. 8. Ecclesiast. cap. 1. ita vere natura serui homines sunt, et si liberos se putent. Et quo magis eo in statu proficiunt, tanto amplius a libertate vera deficiunt. Et stulta est illa libertas, seu vere perniciofa seruitus eorum, qui legem bene docentium præscripta excutunt & dissolunt: nam illa est libertas ferina & indomita, vt Job. capit. 11. annotat, dum ait, Vir magnus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri, se liberum natum putat. Contra vitius est libertas perfecta a D. Iacobo 1. cap. dicta, eo quod quis sine coactione legis recta perficit, & qui metu legis recta faciunt, sub seruitute legis quidem sunt. Item qui principibus, præceptoribus, Deoque recta momentum parent, in illorum potestate seruiunt, sed illa seruitus ratione vitii est, & libertatem operatur. Quamobrem ¶ ista dominatio, & seruitus in personis, quæ liberæ sunt, potius dicitur potestas. Itaque primum de liberis istis personis, potestateque earum, & de nominum diuersitate, potestatis ratione: postea Deo fauente, & de seruatorum nomenclatura, & de personis, quæ ex illis considerationem aliam ab ingenis recipiunt.

De potestate in liberis personis.

Cap. 2.

- 1 Potestate alterius eget, qui se iuri & defendere nequit.
- 2 Personarum quædam sui, quædam alieni iuris.
- 3 Potestas, & potentia quid.
- 4 Potestatis nomen quia conuenit.

- 5 Potestas alia publica, & alia priuata.
- 6 Publica & priuata potestatis species.
- 7 Potestatis omnis priuata per ordinem necessitas, & historia consequentia repetita.

Naturæ prima lex est, ¶ teste Plutarcho, vt qui ipse se iuri non possit, eius ad eum redeat imperium natura, qui possit. Quamobrem & iuri naturæ consentaneum est, qui se regere non possint, ab aliis se regi patiantur. ¶ Hinc ¶ ex personis quædam sui iuris esse, quædam alieni dicuntur, id est, quædam suæ potestatis & arbitrii sunt, aliæ in alterius potestate, §. 1. de iis qui sunt, sui vel alieni iur. l. i. eod. in P. ¶ Potestas ¶ a potentia, ea autem secundum Speusippum lib. de definition. Plato. est id, quod per se ipsum est efficax: habitus, inquam, quo potentes efficiuntur, excellentia in dicendis seu agendis. ¶ Et ¶ ita potestatis verbum late patet, & eoque plura significantur, sed contrahitur ex hypothesi cui accedit: in persona magistratum, designat imperium in persona liberorum, patriam potestatem in persona seruatorum, de minimis in aliis copiam & facultatem, vt distinguit Paulus Iurisconsult. l. potestatis verbo, 215. de verborum significat. ¶ Nos ¶ autem hæc clarius alia diuisione concipiemus, vt distribuamus potestatem legitimam in personas, de alia enim nec institutus est hic sermo, in publicam & priuata. Sic enim legitimum & ius bipartitum est, §. huius studii, de iustit. & iur. & Ulpianum l. 1. §. huius studii, eod. in P. Publicum, ad statum communem pertinet principaliter, & consequenter ad utilitatem singulorum. Priuatum, ad singulorum principaliter utilitatem, & consequenter ad totius reipubl. componendam symmetriam, & conseruandam vniuersale corpus. ¶ Ita ¶ publica potestas, quæ publicam in omnes habet auctoritatem: priuata, quæ non in omnes, sed ad aliquos pertinet singulares. Publicum consistit in facris, sacerdotibus principibus, magistratibus populo: priuatum in reliquis. ¶ De ¶ priuata prius agamus potestate, quæ præluia ad publicam docet, & ex qua composita conflatur, veluti ex membris, publica: vtraque enim est administratoria & gubernatrix, sed priuata paucorum, publica plurium. Constituamus autem potestatis priuatae in personas species octo, primam circa domesticos, secundam in vxorem, tertiam patriam, quartam tutoriam, quintam curatoriam minorum, sextam curatorum furiosorum, septimam curatorum prodigorum, octauam dominicam. De quibus omnibus ordine, Deo iuuante, pertractabimus hoc libro: antea tamē harum omnium historiam memorie causa, hac methodo & deductione discere, filo quodam necessitatis & consequentia paucis contextam. In principio Deus optimus maximusque cum hominem Adamum ex limo formasset, & perfectissimum opus perfecisset in sufflando animam, dominum eum totius mundi constituit, & omnia potestati & pedibus eius subiecit, Psalm. 8. adiutoriumque ei simile coniunxit mulierem, Genes. 2. locum diuinæ & humanæ domus. Quocirca ex hac æqualitate nascitur potestas communis marito & vxori in domesticos, secundum cuiusque sexus munera. 2. Sed quia mulier prima abusa est hac libera cõmuni potestate, & perniciem molita sibi viroque, facta est in posterum subdita viro a Deo, Genes. 3. Ideo nata est maritalis potestas. 3. Et quia retenta est coniunctio vtriusque, & liberi nati sunt, Cain & Abel, edoctusque vel ipso scelere parricidii Abelis, Gen. 4. Adam pater, vt continerentur & erudirentur iuueniles animi, vtque natis patres prospicerent, recte cautum est sub potestate parentum esse debere filios, parentum inquam masculinorum, non femininarum matrum: quia & illæ, vt dictum, sui iuris non erant, sed mariti: & quæ suæ potestatis non est, alios non potuit habere in potestate, l. sic eximet, ad l. lul. de adm. in P. Eaque ratione quia magis audent iuuenes, potestate etiam maior in vitam & necem contumaciamque liberorum, parentes a lege aliquando, vt videbimus, donati sunt, & onerati quoque, vt eorum curam sedulo agerent, instruerent, & alerent. 4. Ceterum quia fieri non potest per rerū naturam, vt quod prius natum est, prius non intereat, vel vt perpetuo filiis parentes superessent, & aliquando præmature filiis adhuc infantibus, diuque illi parentum maxime indigent ope, e vita tollantur: permiserunt leges, parētibus etiam morientibus hac potestate quosdam in locū sui subrogare, qui filios tueantur, vnde & tutores dicti pupillorum, §. 1. de tutel. Quod si hoc prætermiserint, magistratus ex legis præscripto officium imitantes paternum, suppleant & dant feminis vsque ad 12. annum, masculinis ad 14. 5. Sed quia minores 25. annis, et si post 12. & 14. annum suæ potestatis sint, tamen in negotiis contrahēdis decipi possunt, paterna legis procuratio adhuc istos

potestati curatoris submisit, in eorum vilitatem & patrimonii conseruationem. 6. Neque solum istis minoribus 25. ann. ob fragile consilium subuenit curator, sed & maioribus annis, quatenus eadem infirmitate animi vel maiore laborant, prospexit: eorumque & bonorum illorum ius, potestati curatoris alterius generis quam sit superior subiecit. 7. Atque ad horum exemplum pari benignitate prodigis, qui consulte bona profundunt, curatorem adiunxit auxiliarem, istis omnibus concedens certam & statam potestatem, non plenam. 8. In seruos tamen & mancipia, dominicam superioribus duriores per omnia concedens. Quae omnia ordine fusius tractabo, atque iura & vilitates cuiusque potestatis, & quomodo, & quando quaelibet finiat, Deo iuuante, demonstrabimus.

De communi mariti & vxoris in domesticos potestate. Cap. 3.

- 1 Societas viri & vxoris in domo qua, & quod similis aristocrati.
- 2 Vir & vxor quibus in domo praesint.
- 3 Uxor dicta domina a viro.
- 4 Viri vxoribus subiicere se non debent, alioquin solidi.
- 5 Viri & vxoris familia commiscetur.
- 6 Vir vxoris subtrahens, vel contra, non conuenitur actione furti vel famosa, & quare.
- 7 Potestatis mariti & vxoris in familiam solutio.

1 Am t̄ satis de hac potestate dictum arbitror in nuptiarum finitione, dum ostendimus vxorem matrem familias fieri sociam, & aequae ac maritum domus dominam, Dion. Halic. lib. 2. hist. 1. de rit. nuptia. §. 1. de nupt. quia vxor adiutorium viro simile data, & duo in carne vna, cap. gaudemus, §. quia vero, de divor. quae pluribus explicauimus.

2 Aristoteles t̄ quoque scribit, lib. 8. polit. 10. viri & vxoris societatem similem esse aristocratiae, id est, optimatum potestati: pro dignitate namque vir praesidet in his quae virum oportet: vxor autem in his quae mulieribus & vxori accommodantur. Et alibi, idem 2. aconomio. probam mulierem omnibus quae sunt intus, vult dominari: quoniam viro indecens videtur, ea scire, quae intra oedus sunt. In ceteris autem vult parere mulierem viro. Eadem 3 probat apud Xenophontem Ischomachus in aconomio. Sic t̄ recte apud Seruidium Scauolam in vxorem & filium, 39. de legat. 3. lib. 32. P. tit. 3. testator quidam vxorem dominam vocat, cum qua fundum emtum nummis propriis, causa pietatis & affectionis communicauerat, rogatque eam his verbis, Peto a te domina vxor mea, ne ex fundo Titiano partem tibi vindices, &c. Domina autem ibi dicta intelligenda est, scilicet respectu familiae, & quasi condomina cum viro, & coniunctissima persona, vt vilitas cum ea diuidatur, & quicquid marito praecipitur, ei quoque in his, quae ad matrimonium pertinent, praecipuum censeatur, capit. praecipit dominus, 3. 2. quest. 5. Sic alius testator, dominam sanctissimam vocat vxorem in iure in alia hypothese Scauola, in l. Titia heredem, 19. §. qui Marco homini docto, de ann. legat. lib. 33. P. tit. 1. Sic Angelus consil. 14. §. dominas vocari vxores dixit a maritis ob eminentiam seu praerogatiuam, quam in domo eis dant: neque tamen ea lege teneri maritos Bartolus notat, vt cogantur eas dominas vocare, Bart. in l. donationes, C. de donat. & in l. si post, §. si. quest. penult. de honor. posses. contr. tabu. Vocauit & Iustinianus Caesarem, vxorem suam reuerendissimam, §. hac autem omnia, vt iudic. sine quo. fass. collat. 5. in Authens. Theodoram, §. 1. in iur. and. quod praesta. ab his, &c. in Auth. Epictetus teste Attio in Enchirid. Epictet. cap. 5. Mulieres inquit, statim a quatuordecimo anno dominae vocantur: his enim viri ob concubitum blandiuntur, virorum ergo culpa, sibi deinceps nimium placent. Monenda igitur forent, vt apud nos in 4 honore sint, nihil ob aliud nisi modesta sint. Neque t̄ si eas dominas vocent, intelligendum est, dominas ideo dici, quod vir eis obediat, hoc enim fatui & insensu est animi vxori subiici. Vt & Aristoteles 2. Politic. damnat eos, qui ex imperio vxoris viuunt, eaque ratione damnat Lacedaemoniorum temp. Publ. Velut & Platonis republ. ridetur a Theodoro lib. 9. curat. Graecar. affectio. & Eusebio lib. 13. de preparat. euangel. cap. 12. in qua suis legibus concedit Plato mulieribus publica negotia tractare. Quemadmodum & aliquando Germani permiserunt, Cornel. Tac. de morib. German.

5 Commixtio t̄ itaque familiae a iure introducta, hanc adfert communionem: quanquam enim viri serui proprie non dicantur vxoris, neque vxores proprie viri, quia tamen commixta familia & vna domus, ita iudicandum, vt in propriis Senatus cea-

luit, Plinianus in l. si vir aut vxor. de Senat. cons. Syllanian. lib. 29. P. tit. 5.

¶ Proinde t̄ non datur actio famosa vel furti contra vxorem, quae res mariti subtraxerit pendente & constante matrimonio, nec contra virum, si vxoris res furatus fuerit: sed post solum matrimonium, amotarum rerum propter hanc eandem societatem, Pau. in l. 1. §. 3. & Caius 2. de act. rer. amor. lib. 25. P. tit. 2. Gord. in l. aduersus, 4. de crim. expil. hered. lib. 9. C. tit. 32. pendente autem matrimonio nec illa, sed in factum & conditio competit, Dioelet. & Maxim. l. 2. rer. amor. lib. 5. C. tit. 21. Marrian. in l. rerum quidem, 25. de act. rerum amor. in P. Papin. l. fin. eod. si res exstent.

¶ Quanquam t̄ enim delinquant furtum committentes, tamen 7 ob bonum coniugii, malum bene conditum, nec camarinam moueri oportet, vt recte animaduertit Iustinianus in l. fin. §. fin. de furt. lib. 6. C. tit. 2. ex huiusmodi occasione inter maritum & vxorem, qui non bene secum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente, vxor eius extrahatur. Soluitur autem haec potestas diremto matrimonio, de cuius solutione, quia plura superioribus libro egimus, nihil ultra addemus.

De potestate mariti in vxorem.

Cap. 4.

- 1 Mulieribus imperandi ius natura ademit.
- 2 Vxorum dominatio in viros, vel contra, duello inter coniuges constituitur.
- 3 Lunam vocans nomine feminino subiiciebatur vxori: contra, si masculino apud Carrenos.
- 4 Uxores subdite mariti iure diuino & gentium.
- 5 Dignior inferior homo quibuscunq; mulieribus.
- 6 Vxores in Gallia in potestate maritorum & nunc, & olim, vt haberent, necis potestatem.
- 7 Vir vocatus dominus ab vxore.
- 8 Apud Persas vxores omnino debent obedire viris.
- 9 Tholosa, Biturigibus, & alibi vxores in potestate mariti, non patris.
- 10 Vxores esse in potestate maritorum etiam iure Romano, non patris.
- 11 Probatur & defenditur. Et sublata antinomia.
- 12 Vxor obsequia & operas potius marito, quam proximo, & quascia debet.
- 13 Uxor quaesita ex paraphernalibus sibi quarit, non marito.
- 14 Vxor & vir possunt in iure esse societatem bonorum, & lucra diuidunt.
- 15 Vxor corrigi, & compedibus retineri a marito potest.
- 16 Unum mulieres bibisse capitale Romanis.
- 17 Vxor castigatio debet esse moderata & paterna.
- 18 Actio uxoris mala iracundia.
- 19 Vxores a viris, non contra, defendi debent.
- 20 Uxor quando teneatur sequi maritum: secuta in prouincias, in militiam.
- 21 Vxor ex salem num sequi teneatur viri: & exempla mulierum, quae viros ex suis secuta sunt.
- 22 Vxor sequi debet virum in carcerem.
- 23 Vxor, quae est sub potestate mariti, sine eius auctoritate esse non potest in iudicio.
- 24 Vxor absente marito sine eius auctoritate agit, etsi in sui fauorem sententia sequitur. Et sine marito in criminalibus est in iudicio.
- 25 Vxor sine auctoritate mariti non contrahit efficaciter, vt pendente matrimonio possit conueniri: post solutionem tamen potest conueniri ex eo.
- 26 Vxor non contrahit sine mariti auctoritate, videlicet in sui praesentia, vel non absente marito: aliter contra.
- 27 Vxori contrahenti praesentia mariti pro auctoritate est.
- 28 Contractus sine auctoritate mariti factus ab vxore per lapsum decem annorum firmatur & praesumitur solemniter actus.
- 29 Vxor negotiatrix recte sine consensu mariti contrahit.
- 30 Contractus filifamil. & vxoris sine patris & mariti auctoritate quando inhiibentur, & quando valeant, 23. 24. 25. 26. 27.
- 31 Potestas maritalis soluitur morte mariti.

Menander t̄ dicebat, γυναῖκες ἀδελφοὶ καὶ δίδωσι ἡ πόλις. Id est, mulieri non concessit natura imperandi facultatem. Addit, ἐν γυναικῶν ἀδελφότητι καὶ πόλις δίδωσι τὴν ἐξουσίαν. Id est, ex mulieribus perit magnus mundus, etenim in mulieribus fidem cerere non licet. Apud t̄ Saccas, Aelia. lib. 12. de var. hist. c. 38. imperium 2 coniugum

confugium duello constituitur, si quidem ut ait *Elanus*, si quis eorum puellam vxorem ducere cupit, pugnam cum eo suscipit, etsi illa superior sit captiuum abducit, atque imperium in eum tenet: *3* *sin inferior*, regitur ab ipso. *¶ Apud* *Carrenos* precipuum habebatur, vt qui lenam femine nomine ac sexu putaret nuncupanda, is ad dictas mulieribus semper inferuatur: at qui marem esse crediderit, dominetur vxori, neque villas patiatur infidias, teste *Ello Spart. in Ant. Caracal.* *¶ Iure* *¶ diuino* & fere gentium receptum est, mulieres esse in potestate maritorum. Scriptum quippe primum in mundi *Genesi*, *Gen. 3.* dictum mulieri post peccatum a Deo, *וְאָתָּה תִּשְׁעִי תַּחַת כִּסֵּי אִשְׁתְּךָ כַּמִּשְׁכָּן תִּשְׁעִי תַּחַת כִּסֵּי אִשְׁתְּךָ*, lege, *veel isbec* *ibescu* & *ateo* *uouo* *in sal bac*, i. apud *vel penes* virum suum desiderium seu concupiscentia vel appetitus tuus, & ipse praeualebit vel dominabitur tibi vel me. Quod & sanctiois apostolica renouatur, *1. Corinth. 11. 1.* *Petr. 3.* capitur mulieris virum statuitur, & ideo illi subditam esse, vt membra capiti, *c. cum apud*, & *ca. mulierem, can. hac imago. 33. q. 5. can. femina. 30. q. 5.* nec vir imago mulieris, vel a muliere, sed mulier a viro facta est. Et ita ordo naturalis, vt vxor viro, filii parentibus seruiant: quia nulla iustitia est, vt maior seruiat minori, *can. est ordo. 33. q. 5.* *¶ Dignior* *¶ homo* qualiscunq; ob sexum nobiliorem, quibuscuque & iustitiamque sunt dignitatis mulieribus, *1. de senat. in P.* Et sicut *Geometrae* consentit, lineas & superficies non per se, sed vna cum corpore mouet: sic vxorem nullam peccatorem affectum habere, sed stantia, ritum, curasque communes cum viro subire debere dixit *Plutarchus in praec. conu. 2.* Prohibuit Deo vxoribus sine consensu viri aut uouere aut *6* ieiunare, *Numer. c. 30. Et manifestum. 33. q. 5.* *¶ Ioannes* *¶ Faber* *in 1. de bon. mater. C. 3. in §. 1. ad Tertul. Et in non sine, de bon. qua lib. quoque in Gallia vxores in maritorum esse nunc potestate restatur, & Masuerius* *tit. de poss. §. item maritus, in praxi iudic.* Sed anretillos *Iul. Caesar lib. 6. comment. belli Gall.* qui sic scribit, *Virius vxores sicut in liberos habent vita necesse, potestate em.* Et cum *patersa* *illustriore loco natus decessit, eius propinquus conueniunt. Et de morte, si res in suspicionem venit, de vxoribus in seruientem modum quastionem habent: Et si conperitum est igni aq; omnibus tormentis excruciatos interficiunt.* Et *Odofredos* in *1. pro onerib. de iur. dot. C. Chalfaneus ad iur. des drotiz* *appartenans a gens mariez §. 1. ad verba, ex puiffan- ce de son mari, vof. Et quia, in consuet. Burg. & alii Panorm. in c. lueras de restit. spoliat. citat. ca. hac imago, 33. q. 5. dixerunt, idcirco vxorem teneri ad omnia obsequia marito praestanda, vt res eius custodire, lauare caput & pedes, edulia praeparare, & ad his simi-*

7 *lia.* *¶ Vocabat* *¶ Sara* proba & bene morata mulier, viram suum, *dominium, Genes. 16. vt & alla matrona apud Paulum Iurifcon. Lea que, 5. 8. de don. int. vir. Et vxor. tit. 23. lib. 1.* *¶ Iure* *¶ sacra* scriptura, de relictoquendam patrem & matrem, vt adhaereat coniugi, *Genes. 2. ad Ephes. 5. Math. 19.* Sed & apud *Perlas* *Vasthi, Hester cap. 1. Et 2. regina reiecta est a rege Assuero, quod ea iussu ab eo venire con-* *8* *temulisset, & in eius locum subrogata Hester. ¶ Tholoz* *¶ certe* inter leges municipales, in *consuet. Tholoz. tit. de acq. rer. et illa est, vt vxor sit in manu & potestate mariti. Idem ex consuetudine Biturigum, tit. de sta. Et iur. pers. §. 4. vxor est patrem habeat, in mari- no a patris est iure & potestate. Idem receptum iure Langobardorum tradit *A. dreas in addit. ad Bar. ad l. si vxorem, C. de con- dit. infert. Quis lex Rhodiaz, 1. tit. qualis. mul. libera alien. perm. ff. lib. 2. leg. Langobard. Nulli libera mulieri sub regni nostrae ditione lege Langobardorum viuenti liceat, in sua potestate arbitrio, id est, sine mudo, visere, nisi semper sub potestate viri aut curis regie. De- ficiente scilicet marito, aut eius heredibus aut proximis, vt alia lege placuit, si quis filiam suam, de sponsa. Et tit. qual. Mundaald. a- *9* *mutat. mundum eo lib. leg. Langob. ¶ De* *¶ iure* Romano, num in potestate mariti sint vxores, an patris, video a quibusdam inter- pretibus dubitatum. Quorum scrupulos prius exi & am, atq; procul dubio & omnium iure Romano, in maritorum potestate fuisse ostendam. Quod ante constituisse & docuisse concludit, vt vtilitas potestatis, postmodum explicanda, Romanorum iuri quoque conueniat. *Bartolus in l. si vxorem, de conditionibus infert.* existimauit, in potestate patris filiam nuptam esse, non mariti: esse tamen in potestate mariti, in illis quae viro suo sunt necessaria. *Idem in illam l. notat. Andreas, in addit. ad Bart. ubi plures alios eius sententia a fert. Idem Barto. eadem trad. in l. 1. §. fin. per illum tex- tum, de iniurio. Imola in l. rei indicata, §. fin. solut. matrimo. Citat. Et alios *officulis Boerius in comment. ad consuet. Bitur. g. ad tit. de consue- tudis & status person. §. 4. gloss. 1. quibus & suffragari videtur, si filia li- cet. l. 2. de collato. lib. 6. Cur. 20. gl. in §. 1. in verb. parentis, Et ibi An- gel. ad Senatus. C. Tertul. Ego tamen arbitror verius esse in potesta-****

tem mariti iure Romano, vxorem transisse, si materfa, facta fuis- set, & in manum viri conuenisset, quod probauimus satis superque, quando de ritibus ageremus matrimonii substantialibus. Videtur enim pater cessisse ius suum marito, eam ei tradendo nuptui, sicut ex verbis *Caullii* apparet, *in carm. nupt.*

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est, Tertia sola tua est, noli pugnare duobus, Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Et iure Romano succedebat materfam, vt filia marito, ex asse ab intestato: etsi liberi essent, vna cum illis *Dion. Halic. in 2. l. 2. vna vir & vxor. C.* Et expresse *Gellius lib. 18. c. 6.* transire per coemtionem & ritum legitimae vxoris in manum mariti quae mariti tradit vel in eius potestatem, sub cuius potestate fuisset maritus. Iura reuerentiam etiam eas maritis debere, quae non possit vllis pactis vel oblique laedi tradunt, *l. alia causa, 15. §. eleganter, sol. ma- trim. in P.* Quod & firmat *Aristoteles 2. econom. c. 1.* & *Plutarchus in praec. conu. 2.* Et *Ventuleius Iurifcon. l. 2. de lib. exhib. lib. 4. §. P. tit. 29. imo, in qui, magis de vxore deducenda, Et pater etiam qui filiam in potestate habebat, a marito velle conuenitur. Cui consensu ut* *Caesares, Dioclet. Et Maxim. in l. si in iura. 1. 1. C. de nupt. lib. 5. tit. 4. 1.* quo potestas marito decernitur supra patriam, cuius ratione exhiberi sibi filium, quis tantum postulat, *Anton. l. 1. C. de lib. exhib. lib. 8. tit. 8.* ad instar cuius remedium hoc marito pro vxore com- petit, *l. si ad instar. C. eod.* Ne bene concordantia matrimonia inue- nientis, C. de repud. l. fin. de furt. cum similib. ibi notat. Neque ad rem facit, *l. si vxorem, de condit. infer. C.* Nam ibi non probatur vxorem remanere in potestate patris, vel non esse in potestate mariti. Ne- que etiam *§. fin. l. 1. de iniur. in P.* vbi quidem verum est dicti, filiam- iam iniuriam pertinere ad patrem & maritum, sed tantum abest, vt ibi marito potestas denegetur, quin potius confirmatur: Dá & marito pro vxore, sicuti & patri pro filia datur actio iniuriarum, & cuique fiat reparatio iniuria, *Paul. l. enim qui vocentem, 18. de in- iur. lib. 4. §. P. tit. 10.* Iura enim sanguinis patris per nuptias non dirimuntur, quia in d. solubilia sunt, *l. cum in adoptiuis, C. de adopt. l. iura sanguinis, de reg. iur. l. ius agnationis, de pact. veru. & iure pater- non remanent, non eundem inficias & ius in personam vxoris ma- rito esse. Et latius id probatum videbimus, dum effectus istius po- testatis enumeramus. Atque si concedamus sub potestate patris nup- tam esse posse, tamé liquido constat maritalem potestatem potio- rem: quando iura naturalia, paterna potissimum, facta tecta remanent.*

¶ Sant *¶ autem* effectus valde notabiles ex iure ciuili penden- *10* *tes* & probati Romanorum, quos sine causa, id est, potestate esse posse nemo vt opinor iuste dixerit. *¶ Primus*, quod ratione eius vxor tenetur marito obsequia & operas potius, quam aliis coniu- gatis personis praestare, *l. sicut, de oper. lib. in P.* & quare quod ex sua opera lucratur marito, *Panor. in c. ex literis, de restit. spol. sed si vir ex lana sua, de donat. inter vir. Et vxor.* quia ex rebus & occasio- ne mariti praesumitur acquisisse, *Pompon. in l. si que, l. Quintus Mutius, de donat. inter vir. Et vxor. lib. 2. §. P. tit. 1. l. etiam, C. eo. Suf- tinet onera & curam eius maritus, vt secundum naturam sic ad eundem & peruenire commoda, l. secundum naturam, de reg. iur. l. fin. §. sed cum in eam partem, de furt. C.* Et nota certe plenae potestatis illa, qua filius non sibi, sed patri omnino quarebat, vt in *inferius, Deo* *iuuante*, in patria potestate: mulier autem hic non pa- tri, sed marito quare iure. *¶ Nisi* *¶ mulier* habeat paraferalia, ex *11* *quibus* lucrata & negotiata sit, vel vedatur: ea enim ad lucrum ma- riti non pertinent, *l. est de pecunia tua, de donat. inter vir. Et vxor.* *¶ Cvt* *¶ diximus* antea, *¶ Vel* *¶ nisi* societatem bonorum omnium in- *12* *ierint* conieges, tunc enim quaesita communia vtriusque sunt, & diuiduntur inter eos iuxta consuetudinem *Parisiensem*, quae etiam potest viroque iure comprobari *pontificio c. 2. de donat. inter virum & vxor. & Caesareo, Sean. l. alimeta, §. fin. de alimeta. Et cib. leg. P.* Mulier tunc tanquam negotiatrix & obligatur, & obli- gat, *Paul. l. ex diuerso, solut. matrim. in P.* sibi etiam maritum, *l. non tantum, de re iudicata.* quamuis pro ea obligatio conueniatur tantum, in quantum facere potest, id est, de d. d. are alieno, & ne egeat, *l. sunt, qui in id quod facere possunt, eo. in P.*

¶ Secundus *¶ istius* potestatis effectus, quod vxor a viro potius, *13* *quam* a patre corrigi & iudicari debeat, *c. sicut alterius, 4. quastio. 1.* postque detineri compedibus ab eodem, *ca. placuit, 33. que- stione 2.* ex lege *Romuli*, vxor, si aliquod peccasset, jae am iue- bat ex mariti laesi arbitrio: atque de huiusmodi criminibus cog- nati cum ipso cognoscebant, in quibus violata esset pudicitia,

- et si deprehensa fuisset vinum bibisse, vt ait Dionysius Halicarnas-
 14 *teus, lib. 2.* ¶ Vinum ¶ quippe bibisse illis tunc Romanis erat capi-
 tale ne matronæ in aliquod dedecus prolaberentur: quia proxi-
 mus a Libero patre intemperantiæ gradus, ad inconcessam Ven-
 nerem esse confuevit, *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1.* Quo casu si pa-
 tria potior potestas, ea ad patrem pertineret emendatio, vt vide-
 15 bimus suo loco, Deo iuuante. ¶ Ceterum ¶ hæc castigatio vxoris
 moderata esse debet, *can. duo ista, 1. q. uest. 3.* vt paterna, causaque
 præcedere: nam temere vel seuerius quam par sit vxorem verbe-
 rare, non conuenit coniugi, & verbera ab ingenuis mulieribus a-
 lienæ sunt: vt olim Iustinianæ constitutione, *l. consensu, iuncta Au-*
 16 *thim, sed nouo iure, C. de repudiis.* ob id tertia parte donationis pro-
 pter nuptias mulctaretur maritus. ¶ Et ¶ Suidas *dum de rebus ag-*
 17 *git,* tradit olim proditam fuisse actionem *rebus uxoris,* male tractatio-
 nis, que daretur pupillis dotatis contra maritos, & filius cõtra pa-
 rentes, & defensoribus pupillorum contra tutores.
 18 ¶ Quartus ¶ vt mulier tanquam subdita teneatur sequi mari-
 tum ab eo iussa, *si quis necessitate, 3. q. 2. c. 1. de coniug. leproso.* Et in
 summa, *cap. vnaquæque, 13. q. 2. vide de off. Cap. Tholo. 86. & Sibi Au-*
 frer. vnaquæque vxor, tam in vita, quam in morte virum suum se-
 quitur, id est, & in sepultura, si locum nominatim non elegerit.
 Atque Valerius Messallinus aduersus Seueri Cæcinnæ senten-
 tiæ est, quæ non probat vxores comitari debere magistratus in
 designatas sibi eantes prouincias, nullum honestius leuamatum
 laboris & angustiarum ratus societate ipsa vxoris: & quod hic se-
 xus sit natura inualidus, & vix præsentem custodia conferuari possit
 periculo suoque committi suæ custodiæ, si tandem separantur per
 absentiam in modum distantiæ, vt narrat Cornelius Tacitus
 19 *lib. 3. Annal. facit obseruare, de offic. proconsul. in P.* Et Cæsares probant
 in militiam vxores sequi viros, easque militaribus donant pri-
 uilegiis, *l. 1. & 2. de vxor. m. l. lib. 2. C. in. 52.* Tantus enim est huius
 vinculi coniugalis nexus, vt nullo modo, aut vix ferre possit separa-
 tionem, *l. per unquam, de edil. edil. Notat & Bar. in l. Mania, §. 1.*
de ann. lega. in P. gl. in cap. 1. de coniug. leproso. vxorem sequi virum
 debere etiam peregrinatem & errantem, si eius conditionis tunc
 esset, dum ei nuptiæ, vel si modicæ & honestæ contingant, non af-
 fucto proficisci peregrinationis: quod certe ex responso Scæuolæ
 Iurificonul. *in d. l. Mania, §. 1.* recte in simili specie colligitur.
 Ceterum si vagari per orbem postmodum & præter solitum ante-
 rea morem velit, non esse iniungendam necessitatem vxori eum
 sequi vbi conque, sicut de liberto respondit Paulus in l. quod nisi,
 20 *de oper. liberti, lib. 3. P. tit. 1.*
 19 ¶ Porro ¶ num exilio damnatum sequi teneatur, lex certe nula
 mentem subit quæ iubeat: plura tamen exempla optimarum
 matronarum suadent, atque ratio, quod coniugum sicut hono-
 res & bona dextræ fortunæ communia sunt, *l. final. Cod. de nuptiis.*
 ita & sortis infelicitatem æquum esse ad mulierem quoque per-
 nenire: voluntarie tamen, & vt afflicti coniugis miseria eo solatio
 vt cunque releuerit. *Quid enim,* inquit Vlpianus, *l. si cum dotem,*
 23 *§. si maritus, solut. matrim. lib. 24. P. tit. 3. tam humanum est,*
quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri partici-
pare esse? Sulpicia cum a matre Iulia diligentissime custodiretur,
 ne Lentulum Crustulionem virum suum a Triumuiris proscriptum,
 in Siciliam profugeretur, nihilominus familiari veste
 sumta, cum duabus ancillis, totidemque seruis, ad eum clandestina
 fuga peruenit: nec recusant seipsam proferre, vt ei fides sua
 in coniuge proscripto constaret, *Valer. Maxim. lib. 6. cap. 7.* Ery-
 threa vxor Phalaridis tyanni in exilium missi, repudiatis Pytho-
 nis nuptiis magis virum sequi maluit, quod rescis Pytho, vene-
 no ei mortem propinavit, *Phalar. epist. 45. ad Eliconicum scribens.*
 Hæc plicratea Mithridatis, *Valer. Maxim. lib. 4. cap. 6.* regis vxor,
 victum a Cn. Pompeio maritum per efferatas gentes fugientem,
 animo pariter & corpore infatigabili secuta est, vt eo solatio, cum
 domo & penatibus vagari se crederet, vxore simul exfulante.
 Scio tamen Atheniensium ciuiles leges aliquando prohibuisse,
 ne exfulantes viros vxores sequerentur, quas tamen pleræque bonis
 moribus instructæ contemserunt: sicut vtrumque inuitt *Æschini-*
 20 *nes, ad senatum populū;* Atheniensem scribens, his verbis, *Ma-*
 21 *ri me exfulante vna mecum nauigauit, vna quoque cum vxore qua*
mecum profecta fuit, quamuis pater eam prohibuisset, ac leges forte co-
 22 *gerent manere, dum mores potius quàm ciuitatis leges edocta esset.* ¶ No-
 tatur ¶ & vxorem sequi debere maritum in carcerem, *gl. in c. vna-*

quaque, 13. q. 2. ¶ Quintus ¶ effectus, vt in quibus locis recepta est
 lex, vt sit sub potestate mariti vxor, ea non possit esse in iudicio si-
 ne auctoritate mariti, vt ex consuetudine Biterigum constat, & in
 eam notat late Boerius ad *conf. Biter. in §. 4. de consuet. iur. & stat.*
person. in verb. Mari. exemplo filii famil. qui in iudicio sine aucto-
 ritate eius, sub cuius potestate est, esse non potest, *c. fin. de iudic. in*
 6. *l. si. §. necessitate, de bon. que lib. C. l. 1. §. fin. de auct. tutor.* Et ea ra-
 tione cogitur pater ei auctoritatem præbere inuitus. Et Imber-
 tus in *manuali iuris scriptis,* tradit idiplum, sed degentes in prouin-
 cia, quæ iure scripto regitur in Gallia, non esse istius necessitatis,
 & sine auctoritate mariti, posse eisdem iudicio legitime perse in-
 teresse, deciso arresto senatus Parisiensis anno 1527. 20. Martii,
 quem inseruit in rhapsodia sua Papus, vbi tamen alia arresta, quæ
 auctoritatem mariti exigunt sine illa distinctione adfert, *Joan.*
Pap. lib. 7. rhaps. arresto, lib. 1. art. 15. §. seq. ¶ Quod ¶ tamen intelli-
 11 *gendum, si maritus sit absens: nam tunc non esset expectandus*
 ob euidentem vtilitatem, sicut de filio fam. dictum, *l. si longius, §. 1.*
de iudic. in P. Quod expressè in hac hypothefi Baldus notat, Bald.
consil. 444. in 3. vol. Item quando sine auctoritate mariti iudicium
 contra vxorem latum: diuersum autem si in illius fauorem, nam
 tunc valet exemplo minorum, *non eo minus, 14. de procur. lib. 2. C.*
tit. 13. Excipiuntur etiam causæ criminales, pro quibus sine aucto-
 ritate mariti in iudicio esse & damnari potest, vt notant *Interp. in*
Aurb. sed hodie, de off. dicer. iud. & in Aurb. sed nouo iure, de cons. reo.

¶ Sextus ¶ effectus, vt huiusmodi nisi cum auctoritate mariti
 contrahere non possit, vt nota Petrus Ancharanus, *conf. 384. &*
alii, Bolog. in conf. 20. lib. 4. consil. Signor. de Homod. consil. 106. Bald.
lib. 3. consil. 444. Panor. conf. 20. volum. 2. Boer. ad conf. Biter. ad §. 4.
tit. de consuet. & stat. perso. Joan. Fab. in l. filius, C. de pact. Vt conue-
 niatur tempore matrimonii ex eo tradit Tiraquellus sub finem
 libri de legibus connubialibus, vbi tamen illud singulari obser-
 uandum: mulierem ita sine auctoritate mariti contrahentem se-
 luto matrimonio posse ex eodẽ contractu conueniri. Intelligenda
 14 *autem hæc cum temperamento sunt, primum in cõtractibus,*
 in quibus incommo dum vteretur vxoris, nõ his quæ vtilia ei sunt.
 Sic enim sine auctoritate contrahit mariti, & adit hereditatem, vt
 tradunt interpretes, *Bartho. & Alex. in addit. ad l. apud Iulianum,*
§. si pupillus, ex quibus cas. in poss. ea. lmo. Pau. Bal. Ang. in l. more, §.
1. de acq. hered. Ang. in l. 2. per gl. ibi. de acceptil. si tamen opulenta &
 lucrosa per se videatur sine dubio hereditas, non aliter, vt sanior
 interpretum opinio tradit *Bar. in d. l. more, de ac. qui. hered. l. in l.*
Barba. col. 1. de offic. preto. Alex. in l. apud Iulianum, §. si pupillus, de
acq. hered. exemplo minoris, l. contra iuris ciuilibus regu. as, de pact. in
P. §. 1. de auct. tut. Verum & illud notabile, absente marito mulie-
 rem recte contrahere vtique necessitate, *l. si longius, §. 1. de iud. l.*
cum filiusfam. de reb. credit. in P. Quamquam Baldus in l. ransatio-
 nem, *C. de transact. tutus existimet facturam, si mariti loco aucto-*
 ritas publica iudicis adhibeatur. ¶ Præsentiam ¶ autem mariti so-
 15 *lam, auctoritatis vicem in actu habere placuit Angelo, consil. 183.*
col. 1. Forsan, quia in quibus mulier de proptiis cõtrahit, reueren-
 tia & honor maritalis inficiatur, & auctoritatem præsentem di-
 catur, qui se probare dicit id quod agit, etiam si non interroge-
 tur, intelligit tamen quæ agantur, *Vlp. in l. 1. §. fin. C. l. 2. & Pomp. in*
l. 3. de auct. tut. lib. 26. P. tit. 8. Et qui tacet, non vtiq; fatetur, sed
 tamen verum est eum non negare, *Pau. l. qui tacet, 1. 2. de reg. iur.*
 Et quid expectas, inquit Cic. in *Catil. loquentiũ auctoritatem, quo-*
 rum voluntatem tacitorum perspicis?

¶ Quintimo ¶ & Boerius in *§. 4. tit. de stat. & iur. perso. in consuet. 16*
Buur. vbi interpretes adducit pugnant, scribit, communem esse
 opinionem, eamque sequendam interpretum, qua cõtractus ab
 vxore sine mariti auctoritate factus, per lapsu decem annorum
 firmari possit, vt præsumatur solemnitas interuenisse requisita a
 lege vel a consuetudine. Cui accedo sententiæ, sed non ea solum
 ratione, quia omnia præsumantur solemniter acta ex lapsu tem-
 poris, vt ait Vlpianus in *l. sciendum, 30. de verb. obligat. lib. 45. P. tit.*
 1. nam ea præsumtio non excluderet probationem contrariam,
 gloss. in dict. *l. sciendum, per l. iuris gentium, §. quod fere, de pact. in P.*
 Vix enim est, vt recipiam quod ab initio non valuisse, temporis
 solo cursu conualescere, *l. quod ab initio, de reg. iur. quando persua-*
 sum habeam solum tempus non esse modum inducendæ obligati-
 20 *onis, l. obligationum fere, de actionib. in P.* Sed existimo recipi
 quia cõtractus gestus sine mariti auctoritate, non sit quidem in-
 utilis profusus: sed tantum ea ex parte, vt non possit agi ex eo con-
 tra mulierem pendente matrimonio, postea tam è possit, vt supra
 docui. Quare lapsus temporis facit nõ ratũ cõtractũ & validum,
 sed

sed effi. acem ad agendum. cum per maritum, consensum in eo cum tacuit, videatur. Neque nouum in iure est, pactum valere, et si agi ex eo non possit tunc, cum sit, sed in futurum: vt filia. p. i. c. i. potest. Paul. l. heredi. 22. §. filia. de pati. l. 2. P. i. 4. ne de dote agat, cum sui iuris esse cepit: & filia. de eo quod ei sub conditione legatum est. Et confirmatur saepe contractus, qui potuit infirmari submoto impedimento & non proposito: veluti apud Martialem Iuriscōsult. fundum dotalē maritus vendens & tradens. decedente muliere in matrimonio. & dote cedente l. ro. mariti recte vendidisse videtur, nec fundus euelli potest. Martia. l. fundum dotalē. 17. de fund. dotal. l. 23. l. c. i. 5. P. cum vir. de vsucap. Quamquam si in eum casum non incidisset dotalē prædium, non potuisset legitime defendi emitto, vt pote prohibente alienationem & obligationem lege. l. 4. de fund. dotal. in P. l. 1. §. cum lex Julia. de rei vxor. act. C. §. 1. quibus alien. lic. vel non. ¶ Excipitur ¶ etiam in hac quæstione prohibitionis contractuum. casus in quo liber & cum effectu cum nupta contrahitur sine auctoritate mariti, si ea sit meretrice publica. Contractus quippe de ea negotiatione, quam exercet, sine marito rati sunt. §. 4. de stat. person. in consuet. Bitor. & ibi Boer. Sic enim & eo casu cum filio. etiam licet contrahere sine consensu patris, Bal. in Macedoniani. in vlt. quest. ad Maced. C. Frانسisco. Aret. consi. 73. col. 3. ¶ Solutur ¶ hæc potestas maritalis morte mariti per quam vxor fit libera a lege viri. c. pen. & si. de sec. nupt. 1. ad Corinth. 7.

De patria potestate. Cap. 5.

Lib. I. Instituti. 9. Lib. 8. C. tit. 47.

- 1 Filii sui dicuntur qui in potestate parentum sunt.
- 2 Filii ex iustis nuptiis procreati in potestate parentum sunt, maritum non feminarum.
- 3 In filios potestatem Romani propriam sibi faciunt, verum iurisdictionem esse docentur.
- 4 Filii iure Gallico in potestate parentum cum vitæ & necis auctoritate.
- 5 Eadem in liberos potestas necis Persis & Mosconis, & al. is.
- 6 In filios Græcis omnibus parentibus non erat vitæ necis.
- 7 In filios quos dederit parentibus Romulus potestatem.
- 8 Filium occidentis a. ad. Egyptios patris patria leuis.
- 9 Potestatis necis & aliorum in liberos causa & rationes. Prior a summa amicitia patris in filios.
- 10 Filii vxoris patris.
- 11 Filiorum causa parentes valde sanient.
- 12 Fil. o. sape parcutur ob patris dolorem.
- 13 Filii prauitate vincit paternam beneuolentia. eo.
- 14 Filios in omnibus obedire parentibus, iubet lex diuina, vt alia iura.
- 15 Filios laudat parentum imprecationes.
- 16 Filios nequeunt re. endere parentibus beneficia ab eis accepta.

Liberi, ¶ qui in potestate parentum iure ciuili, sui dicuntur, titulo de suis & legitimis liberis, §. sui autem. de heredi. qua ab iure. de her. ap. Justin. l. pater alterius non sit potestatis: nam tunc filii auo sui nacerentur nepotes non patri, §. p. de pat. pot. l. sic enuenerit. 21. ad leg. Jul. de adu. i. in P. l. 4. de iis qui sui sui vel a. i. sur. in P. Mortuo tamen auo in patris potestate fiunt, Vlp. in l. nepotes in 2. §. eo. Igitur ¶ in potestate parentum sunt liberi, quos ex iustis nuptiis procreauerunt, §. 1. de patr. pot. ap. Justin. can. fin. de conuers. coniug. Vlp. in epist. i. 5. l. 3. de iis qui sui sui. Et de ex iis nati, l. 5. eod. l. si maritus. 7. de pot. pot. C. Quod iuri duodecim tabularum adscribit Alexander ab Alexandro lib. 6. gen. dier. c. 10. Ego antiquius censeo, & referendum hoc ius ad leges Romuli, quibus vitæ necisq; potestas in filios dabatur, vt didicimus ex Dionysio Halicarnasico lib. 2. antiq. Roman. In potestate autem marium parentum, non matrum esse existimandum est: quia matres non habent liberos in potestate §. femina de adop. l. mulierem. C. de ad. ceteri. de hered. qual. & differ. ap. Justin. l. nulla. de ius & leg. §. 4. §. nam testamentum. de bono. poss. cont. tab. l. nam & femina. de adop. i. in P. quod ipse, vt diximus, tutela e genti aliena, & non sunt suæ potestatis, ideo nec alios regere possunt. ca. indecorum. ca. 3. de ata. & qual. t. nec alios in sua potestate habere, d. l. sic enuenerit. ad l. l. de adu. l. si de legit. iure. l. 5. C. tit. 30. §. minores. de excusa. ius. l. si ius habeo. ad senat. Maced. P. Ita filii sequuntur familiarum patris, non matris, l. cum legimus. de sta. homi. §. penul. de patr. pot. §. 1. de leg. agnat. iur. quamquam & filius matri ac patri reuerentiam debeat, congruentius. §. l. filia tua. §. de patr. pot. C. & alimenta l. si quis a liberis. de liber. agnos. & successione. l. nam et si parentibus. de iust. i. ff. P. §. 1. ad Senat. Te. i. l. 1. & tot. tit. l. 6. C. tit. 5. §. ap. Justin. a. Sc-

cundum enim ius rigidissimum patris filius est, non matris: secundum autem humanum, vtriusque vt scribit Phalaris ad vxorem Erythriam, epist. 54. Quare ¶ & iura illis potestatis quædam sunt communia, vt videbimus. Romani hanc potestatem sibi vt peculiarem vindicant, neque nationes alias tanta potestate in liberos vt tradunt, §. 1. de patr. pot. l. 3. de his qui sui sui vel a. i. iur. Vlp. l. 1. §. 1. vers. si quis ita. de rei vxor. act. P. Quod tamen, pace illo- rum dictum sit, falsum est: nam & iurisdictionem esse eandem ex moribus aliquarum nationum sigillatim enumeratarum, colligere licet: atque ex rationibus, quibus suffulta est patria potestas. In ¶ Gallia certe & filii sunt in potestate parentum, vt quem admodum olim apud Romanos vitæ & necis potestas patri concedebatur, sic & apud Gallos teste Iulio Casare l. 6. comment. belli Galli. & Prospero Aquitano epist. 0. Illudque docent consuetudines scriptæ variæ locorum regni, quæ & modos emancipationis præscribunt, vnde & potestatem præscribere opus est. Cum vt dicemus, emancipatio sit liberatio a patria potestate. Atque Bartholomæus Chassaneus ad §. 3. m. des enfans de plusieurs lieuz, mgl. 1. vers. licet. gl. §. 1. Et in cons. Burg. notat fuisse iudicatum suo tempore in senatu Parisiensi, filios Gallorum esse in potestate parentum. Vt non sit audiendus Accursius & sequaces in §. ius autem. in verb. Romanorum. de patr. pot. & ibi inter. qui Francigenas dicunt non habere filios in potestate, hoc enim verum non est, si Francigenas intelligas Gallicos populos, etsi referas ad tempus Iulii Cæsaris: quamuis non eam inficis hodie illam potestatem ex destitutum & moribus fuisse vel abolitionem omnino, vel valde imminutam, vt ex effectibus patriæ potestatis consistit, quos sequi oportet, cum moribus conitate dicatur hæc potestas, l. patre furioso. de his qui sui sui vel a. i. iur. in P. Patris potestas ¶ apud Persas habebat quoque imperium tyranni: im quæ heri in seruis, vt ait Aristoteles lib. 8. Ethicor. ad Nicoma. c. 20. Eandem potestatem necis & vitæ apud Moscouitas in filios, scribit Sigismundus Liber Baro, comment. rer. Moscouit. Sub lege naturæ & gentium illud ipsum receptum mihi persuado, ex eo quod & Abraham voluit filium proprium sacrificio Deo immolare, Genes. 21. quod certe nec cogitasset, si lex aliqua prohibuisset. Græcis omnibus ¶ non eandem fuisse testatur Dionysius Halicarnasæus in 2. antiq. Rom. Qui formas, inquit, viuendi Græcis condiderunt ciuitatis, certum quoddam tempus admodum breue prescripserunt, quo liberi essent subditi patribus. Quædam ad annu. spabe. tatis tertium, quidam tamisper dum illi ex uis manserunt: nonnulli donec publice inter viuos adscripti fuerint, quem admodum e Solonis, Pittacis, Charandeg, legibus acceptant, quorum magna celebratur sapientia. Penas etiam in contumaces filios statuerunt non graues permutentes patribus eos ex hereditate, domo uel pellere, præterea nihil quæ non sufficunt ad compescendam inuentis uersariam, moresque præfatos, neque contumacia: eos honestatis leui brachio possunt ad modestiam redigi. Quapropter apud Græcos sape indecora uita in parentem committunt liberi. Romanorum ¶ autem legislator (id est ¶ Remulus) omnem ¶ ita dicam potestatem dedit patri in filium, idque toto vita tempore: sine in carce. em eum mittere, sine flagris cadere, sine uinculis ablegare ad rustica opera, sine necare liceat, etiamsi filius tracler Rempublicam, etiamsi magistratus gerat maximus, etiamsi liberalitatis laudem publice si emeruit. ¶ Quod ¶ firmat postea ex- er. plis idem Dionysius. Apud Egyptios Diod. Sic. lib. 2. B. blio, pena mortis patri non statuebatur, qui filium occidisset, sed lege tantum cautum erat, vt tribus diebus noctibusque, circa defuncti corpus adfisteret, adhibita quoque & adstante publica custodia. Non enim iustum putarunt, ob interfectum filium eum vita priuari, qui auctor eius vitæ fuisset, sed dolore & facti poenitentia affligendum. Sed ¶ hanc potestatem magis planam facient causæ potestatis: quarum prior a naturali parentum in liberos affectu pendet, ob quem nulli alii tutius vel plenius potestas & tutela liberorum committi potuit, nec probe vel cum ratione libera adimi vel imminui l. si de cura. furio. C. Valde enim imo omnino student natura impellente, illorum salutis, honoris, bonisque, l. scrip. vnd. lib. P. l. cum ratio. de bon. damnat. in P. Di. tit. q; inde uidentur filii ¶ in ¶ ius, ab amicitia. Aristoteles lib. 8. Ethicor. ad Nicoma. c. 10. ¶ existimat societatem patris ad filium regni præ se ferre effigiem Nati enim, inquit, patri sunt cura. Et hinc Homerus louem patriem uocasse, ipsum namque regnum imperium est suapte natura patrum. Et regis amicitiam in eos qui reueruntur, in excellentia beneficis consistere: conferri enim beneficia in eos qui ab ipso reueruntur. Siquidem cum sit bonus, curam ipsorum habet, quod bene se se habeant, ut omnium pastor: sic natura pater filiorum. ¶ et alius nepo-

neque sacrificia pie sacrificari. neque aliud quidpiam, nec iuste agi. Nec tantum hunc, sed etiam filii quis parentum defunctorum sepulcrum non ornet, hoc etiam civitas inuestigat in electionibus magistratum. Ingratitudinem et rebellionem vel contumaciam filii Granni Clotharius primus Clodovei filius. igne & ferro prosequutus est, & eum superatum exercitu scanno cum vxore & eorum liberis per lictorem alligato, exuri iussit, ut ait Gaguinus lib. 1. c. 3. & lib. 2. c. 1. Paulus Aemilius lib. 1. hist. Franco. in Cloth. t. & Annonius lib. 1. de gest. Franco. c. 50. ratus plus auferos in eum ceteros, si repugnantem filium non fleteret. Leges generaliter ingratitude actionem concedunt in eos, qui benemeritis non retulerint gratiam, ut ait Lucianus in Abdicatu. Et ut ait Euripides in Supplic. act. 1.

— τοῖς τελευτῶσι

ὁσῶν ὁσῶν τῶν ἀντιδωλῶν τελευτῶν.

ὁσῶν ὁσῶν ἑσῶν δὲ τῶν ἀντιδωλῶν τελευτῶν.

αὐτῶν παρ' αὐτῶν τοῦδ' ἀντιδωλῶν δὲ, id est.

— Parentibus enim

Infelix, qui quis non mutuam officii reponit gratiam.

Pulcherrimo qui, pe munere dato viciisim

Alberis suis si dem remunerabitur, que parentibus dederit.

Multo magis & indigni sunt beneficio accepto ii, qui non solum non rependunt beneficia, sed contumeliosi sunt, & iniurii in benefactores. Et ob id iura merito reuocant liberalitatem paternam libertatis, ut diximus, & donationes factas bonorum, volentibus & conuerentibus tamen donantibus: permittunt & liberis exheredare. Voluit & Guillelmus Benedicti in annota. 2. ad ver. in eodem testamento relinquent, num. 4. Raynut. par. 1. de testa. per ingratitude rescipio non tamen matrimonio legitimum, illegitimum reddi, quod pertinet ad commodum paternum. Reuocabatur in fermitatem quoque libertus per ingratitude, l. 2. de liber. & cor. liber. Illudque institutum Arhenarum memorabile fertur, quo conuicti ingratitude libertus iure libertatis exuebatur, hac formula, superiedo. inquit, te habere ciuem tanti muneris impium, et inmatorem. Nec adduci possum. ut credam urbi vtilem, quem domi seculum cerno. Abi. i. q. 1. & esto seruus, quoniam liber esse nescis, Val. Max. lib. 2. ca. 1. d. m. de Areopago agit. Maffilientis quoque, idem eod. & vique ad ternam manumissionem ter deceptum dominum rescissionem earundem dabant, quartam quamuis denegarent. Propter ingratitude qui postulat aduersus ecclesiam, privilegio eius priuatur, c. fin. de postul.

De Iure matris in filios. Cap. 7.

- 1 Iura naturalia patri debita, & matri debentur.
2 Matri ac patri honor a filio debetur.
3 A matribus apud Lycios & Locros genus repetitum, non a patribus.
4 Mater num magis contribuat generationi filiorum, quam pater: & ibi de maiori amore matrum.
5 Matribus a iumentis filii debent, & alia ut patri: Ciconia, Metopes alunt parentes senes, eod.

Hæc et quæ dicta sunt, & quæ mox dicentur in effectibus patriæ potestatis, est omnino in matre locum non habeant, tamen ea quæ iuris generationis sunt, etiam matri competunt in filium & filio tenetur exhibere: patri autem maior honos delatus, quia & onera præcipue filiorum ad illum pertinent, non ad matrem, l. pen. de lib. agnos. l. 1. §. P. sit. 4. ideo secundum naturam est sentire eum maiora commoda, reg. iur. secundum naturam. c. qui sentit. eo l. si. §. sed cum in secundam. de furt. C. In præcepto honoris, non tantum pater, sed & mater ponitur, honora patrem tuum & matrem tuam, si vis esse longæuui super terram, Exod. c. 20. Et sicut qui thesaurifacit, ita & qui honorificauit matrem suam, Ecclesiast. c. 3. Benedictioque patris firmat domos filiorum, & maledictio matris eradicat fundamenta Ecclesiast. 3. Male famæ qui derelinquit patrem, & maledictus a Deo qui exasperat matrem. Et de vtriusque, qui maledixerit patri aut matri, morie moriatur. Exod. 21. cano. non satis. ceterum d. d. distin. & Apud Lycios & Locros olim quisque a matribus, non a patribus genus suum repetebat, ut testatur Herodotus in 1. Cicero pro Sex. Roscio maternum sanguinem anteposuit paterno: Sic, inquit, seres habet, Iudæos, magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem, maternus paternusque sanguis. Nec parua fuit controversia inter philosophos & medicos, num sanguis maternus ad generationem conferret, apud Aristotelem 1. de nat. anim. Cen-

forinum de die nata. Nemesium de nat. hom. c. 14. Plutarchum de plac. philof. Auicennam lib. 3. de nat. hom. c. 24. Cæstum Rhodiginum l. 3. lectio. antiq. c. 42. Atque Galenus firmat factum plus a matre quam a patre suscipere, sicut fructus amplius ab vbertate soli, quam a coloni industria & labore habet. Vnde vis maxima amoris matrum in liberos, & contra: quinimo semper mater certa est, pater vero aliquando incertus esse potest. l. quia semper. s. de in ius voc. P. l. Lucius, de cond. s. & demonst. in P. & Debeunt itaque alimenta filii in matribus ut patribus, & contra, si quis a liberis. de lib. r. agnos. l. 1. 2. de alien. lib. C. l. filia. & l. nec filium. de pat. po. vide que diximus in 9. onere matrimonii sup. lib. 9. c. 19. hoc enim & bruti faciunt, & nature lex vtriusque communicata genitoribus. Nam & mures, glires, genitores suos fessos senecta alunt insigni pietate, Plin l. b. 8. c. 53. Ciconia, idem lib. 10. c. 23. & Metopes, idem lib. 10. c. 33. Phalaris Pauliæ fil. epist. 19. in pati causa potius consulendum matri quam patri scribit, propter maiora ab ea accepta beneficia, quia nos tulerit, pepererit, educauerit, & alios infinitos labores pro nobis subierit. Succedunt sibi mutuo filius & mater, tit. de senat. Orfic. & Terrull. ad Senat. Tertul. & Orfi. in P. C. & Inst. iur. ciuilib. Et potest vindicare interdum mater filium, ut in l. pen. de fidei. libert. l. 4. o. P. tit. 6. sicut & pater, l. 1. §. 1. de rei vind. P. Filius, sicut patrem prohibetur in ius vocare edicto prætoris, ita & matrem, l. 4. §. parentes. de in ius vocan. l. 2. P. tit. 4.

Iura vel effectus Patriæ potestatis. Cap. 8.

- 1 Inastimabilis patria potestas.
2 Pater non potest cogi liberare a sua potestate filium, nisi in 4. casibus.
3 In filios necis vitæ, potestas cur data patri ibus.
4 Minorem triennio prolem, non licebat necare parentibus.
5 Poena acerbitas continet magis improbos.
6 Dissecandorum debitorum permissio quare statuta, eod.
7 Filius & pater pro eadem persona.
8 Necis ius in filios sublatum desuetudine. (dere liceat.)
9 Adulteram quando patri filiam, & marito uxorem, & ubi occidit.
10 Filios castigat iure proprio pater, & castigandos ex arbitrio dat.
11 Filios contra patrem iuramentum sanctum prospectum quare. (iudicibus.)
12 Filios tempore famis licuit vendere patri.
13 Filios ter vendere ter manumittere, quando & quomodo licuit.
14 Potestas maior patris in filios, quam veri in seruos.
15 Filiorum trina venditio permissa apud Mosconias.
16 Emancipatio trina, & manum suo duplex in adoptionibus quid erat.
17 Filias & sorores vendere prohibuit Solon, nisi inuenta illa fuissent coeuntes virgines.
18 Emancipati non reducebantur iterum in potestatem sine causa, tempore Modestini, ut antea lege Romulea.
19 Filius fam. olim patri omnia querebat aduentitias, hodie quod pertinet ad vsum fructum.
20 Castrensis & quasi nullo iure quaesita patri a filiofam. nec in vsum fructum.
21 Filius fam. testari non potest de aduentitiis etiam volente patre, quare.
22 Filius fam. ad pias causas cum consensu patris de aduentitiis testatur.
23 Filius fam. in Gallia nihil etiam in aduentitiis acquirit patri præter commoditatem & administrationem.
24 Filius fam. querit profectus omnia patri etiam in Gallia, ut iure antiquo.
25 Casus alii, in quibus pater non habet vsum fructum in bonis filii fam. as.
26 Filii fam. laici non possunt esse in iudicio sine auctoritate patris, exceptis causis spiritualibus.
27 Filius fam. in quibus sine patre in iudicio esse potest.
28 Filiofam. accedere patrem quare aduersario otile sit.
29 Filius fam. quando sine patre agit & experitur.
30 Filius fam. in criminalibus publicis sine patre agere & conueniri potest.
31 Filium fam. 25. anno. iudicium iure Delphina valet sine auctoritate patris in Gallia.
32 Filius fam. in Gallia habetur pro emancipato, ideo agit sine patre, & cont. abit, &c.
33 Filius fam. non potest sine consensu patris uxorem ducere.
34 Pater præferitur omnibus tutoribus & curatoribus filii.
35 Lis nulla inter patrem & filium fam. esse potest, & quando.
36 Filius emancipatus patrem in iudicio vocans, vel alius matrem,

debet impetrare veniam a iudice.

35 *Lis inter patrem & filium in Gallia hodie.*

36 *Pater filium suum inuitum apud alium existentem repetere potest.*

37 *Filius suum pater tantum substituit pupillariter.*

1 **N**estimabilis est existimata est patria potestas, vt nullo pretio inuitus pater adigi possit filium emancipare, *l. filius familias. 117. § secundum vulgarem. de leg. 1. in P. l. nec auus, de em. n. cap. liber. C.*
 2 **N**ec filius est siue adoptiuus, siue naturalis & legitimus, ad id possit patrem compellere, *l. Marcel. in l. non potest. 31. de adopt. lib. 1. P. 117. 7.* exceptis quatuor casibus insignibus, si pater filium peccandi in se rat ne: essitatem, *ant. si lenones, de episc. aud. C.* si supra modum erga filium dure se habeat, *l. si a pat. quis fuer. manumi. in P.* si primum vt emancipet acceperit, *l. si quis, de condit. & dem. monst. in P.* et si impubes adoptatus se liberari maior factus postulet, *l. nonnunquam. 32. de adopt.*

3 **V**idendum igitur, quae iura ex hac patria potestate competunt patri, quamve inde vtilitatem filius consequatur. Notant interpretes post gloss. *in §. ius autem, de pat. pot.* & ibi Angelus Aretinus plures effectus eius: & alibi: quorum aliquos concessit, reliquos ibi videndos omittit. Primum itaque ius patri inde oritur, vt habeat in filios omnimodam potestatem, antea necis & vitæ *l. in de pat. pot. C. Dionys. Hali. in 2. §. 8.* crediderunt namque legislatores, parentes eo lauitia non esse peruenturos absque causa vt necarent filios: & id tamen magis conducere ad continentiam reuerentiam & officium liberorum in parentes, & ad terrendam impietatem, in quam facile ex leuitate iuuenes ad contentum parentum, a quibus tot beneficia prope infinita acceperunt, prolabi possent. **Q**ueque enim temere aut sine causa occidendi potestatem patribus datam ex legibus ipsis Romuleis colligo, inter quas est illa, qua prohibuit vllam prolem necari minorem triennio, *idem Hali. lib. 2.* Non enim in ea causa iusta necis, vel contumelia filii esse poterat: in maioribus poterat, ideo permissio facta. Acerbitas namque vindictæ maleficis, bene atque caute viuendi disciplina plerumque est.

5 **S**icuti quia intererat per quam maxime societatis humanae fidem seruari, faciendæ fidei gratia lege de: emulari, pœna capitalis horrida ostentum nonisique terroribus metuenda, in frædis fragos debitores lata est vtius esset creditoribus corpora illorum in partes disseccandi. Dissectum autem antiquitus neminem legimus, quoniam seuitia ista pœnæ contemni consecrata est: vt disputauit Sex Cæcilius cum Phaurino apud Aulum Gellium *lib. 20. cap. 1.* Eaque ratione: plura seuerius vindicantur, cum exemplo & terrore opus est, *Claudia. Iuris. in l. au. facta. 16. §. in de pan. lib. 48. P. 117. 19. l. 1. ad leg. Jul. repet. C. l. quicumque. C. de heredi.* Vt ideo putem tam latam dedisse legem potestatem parentibus in filios necis, ne filii obsequia detrectarent. Fiebat autem lex in amore naturali parentum, quo impulsu non neare, sed omni studio quod suum est conseruare nituntur.

6 **Q**uandiu enim filius parus est, nec est separatus a patre, pars ipsius est patris, vt ait Aristoteles *5. Ethic. c. 6. §. lib. 1. Magn. Mora. c. 34.* habeturque pro eadem persona, *l. in. C. de impub. apud Iurisconsultos & pro eadem vo. c. §. et vero de mul. stipulat.* Se autem vnquam nemo lædere vult, sed omnibus viribus naturali iure defendit, illatamque iniuriam propellere nititur, *l. vt vim de iust. §. sur. Cic. 1. offic.* Et paterna potestas non in atrocitate, sed in pietate consistit, *l. Dims. Adrianus, ad le. Pomp. de par. ric. in P.* Atque plerumque pietas paterni nominis etiam in his in quibus iuste mors filii infertur, consilium pro liberis capit vt ait Papinianus *l. nec in ea lege. 22. ad leg. Jul. de adult. lib. 48. P. 117. 5.*

7 **S**ublaturum autem est hoc ius necis & vitæ postmodum, vt nimium rigidum, diffinitudine, non autem lege, vt quidam arbitrantur. Siquidem Constantinus *l. si de pat. pot. di. 8. C. 11. 48.* olim permissam in liberos necis vitæque potestatem ait, non scribit postea prohibitam: et si in seruos lege potestas necis sit expressè adempta, *§. 1. de his qui sunt sui vel alie. sur. l. 2. eo. in P.* Id enim fuit necessarium in seruis prohibere, quod domini eos amore, quo filios non prosequuntur. In filijs non fuit necesse expressè prohibere, satis prohibente natura: qua quis partus suos & diligit & conseruat. **Q**uoniam tantum abest vt expressè prohibita illis sit iure potestas necis, vt potius expressè permissam inueniam in responsis Iureconsultorum, quibus ratione patriæ potestatis tantum patri licet, si velit occidere filiam in adulterio deprehensam, *Pompo. in l. patri datur. 20. Vlpian. in l. sic eueniet. 21. Papinian. leg. in ca. 22. Vlpian. l. quod nit. 23. ad l. Jul. de adult. lib. 48. P. 117. 5.* in sua domo, vel generi. Quod marito omnino impune non li-

cet, quia mariti calor & impetus facile scruentis fuit refræmandus, inquit Papinianus *d. l. nec in ea lege. 22. §. in. de adult.* exceptis quibusdam personis quas adulterantes cum vxore repetas marito licuit occidere, veluti lenonem, mimum, publico iudicio infamatum, & alias quas enumerat Martianus Iurif. consultus *in l. marito. 24. eo. ad l. Jul. de adult. in P.* Iuxta cuius sententiam intelligendæ reliquæ leges, quæ marito quoque dant necis ius in adulteros, vt *l. G. acchus eo. C. l. si quis in graui §. si maritus, ad Senatu. c. Syllan.* nempe si ex earum personarum numero sint, vel si alias impune omnino non ferant, quamuis mitius puniantur, *glossa in di. l. nec in ea lege in ver. omnem. ad l. Jul. de adult. in P.* Ergo multo liberius ius est in necem filie patri eo casu, quam marito iure ciuili. Nam iure nunc recepto Gallico & diuino, nec patri idipsum permissum est: quia dictum, *Non occides, Exod. c. 20.* vt suo loco, si Deus voluerit explicabimus. **R**emanetque ex legibus in eodem casu intacta antiqua patris potestas, in alius autem ex ea datur libera sine nece castigatio. Et pater potest filium castigandum iudici offerre, dicturo ex eius præscripto sententiam, *l. 3. de pat. pot. C. Deuter. cap. 21.* Vnde & propinquitus emendatio concessa propinquo moderata, paterna dicitur, *l. 1. de emenda. propinquit.* maior autem ex iudicis auctoritate pendet.

Sicuti & Lucianus *in ora. abdicatus.* scribit liberam non esse parentum in filios vindictam citra iudicium, *Vt enim lex, inquit, concessit patribus certis de causis vt a se filius: ita precepit & libere, ne immeritis accidat. Itaque iudices vocat arbitratores confisunt, qui neque per iracundiam, neque per calumniam, quod iustum sit iudicent. Nouerit enim accidere multis, vt ob causas iniquas ad iram commouerentur: hic quidem alius falsæ alicuius credens, ille famulo fidem habens, aut vxori cuiusdam inimici a. Quem casum vltimum & Iurisconsulti obseruauerunt, *l. 4. de inoff. testa. in P.* Et certe recte statutum hac in parte est apud Græcos, de necis potestate tollenda: recordari enim debent parentes filios liberos dici, neque vt seruos esse tractandos vel instituendos, & vt dicebat Mitio in Andria apud Terentium,*

Pudore & liberalitate contineri liberos satius est quam metus.

Et meritis potius liberi sunt ad obsequia paterna prouocandi, vt monet Papinianus *l. si quidam 35 §. illud eo. C. 11. 3. in. 28.* Doct. & Plutarchus *lib. de libe. educan.* verbera aliena esse ab honestorum ingenuorumque filiorum educatione, qui & exprobratione & laudibus moueri & impelli debeant.

Secundus effectus, vt liceret patri etiam iure Codicis, tempore necis sitatis famis, filium vendere: ea tamen conditione, vt ideo perpetuæ non esset seruitus obnoxius *Constant. in l. 2. de patri qui fil. d. strax. l. 4. C. 11. 43.* Alioquin enim etiam quos licebat occidere, non licebat libertate priuare, *l. 5. C. de pat. pot. l. i. de patrib. qui fil. d. strax. l. 4. C. 11. 43.* *§. pater, de eueit. l. 21. P. 11. 2. l. 1. de liber. cau. l. 7. C. 11. 16.* non pignori obicere, *l. qui filios, quare pign. obl. pos. C. l. si eo. in P. §. Francisc. Baldui. in l. 1. 2. in b. & Pandolphus Præcius l. b. vt. in r. in leg. 12. tab. c. 3.* referunt per legem duodecim tabularum, fuisse permissum, ter parentibus vendere liberos: quid autem & quomodo illud fieret, neuter explicat. Ego tamen & antiquiorem hanc legibus duodecim tabularum, nempe a Romulo sanctam, vt auctorem habeo Dionysium Hali. arnalem, *in 2. Antiquit. Roma.* qui & ternam manu missionem sic expliat. *Nec contentus hanc potestatem, scilicet vitæ & necis, dedisse legislator Romanus, sed est Romulus permittit etiam vendere si ius, nihil detur: itus crudelitatis specie, quod ro. grauior videri posset, quâ pro affectu domestico. Quoad maxime quis miratur in hac dissoluta disciplina Græcorum educatus, quasi durum & Tyrannicum, hoc quoque patri concessit, licere illi serua filio veditioe pecuniam querere, maiorem largius potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Seruus enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, in posterum sui iuris est: filius vero a patre venditus si liber fieret, rursum sub potestatem patris redigebatur, post tertiam demum venditionem: et metatur e patris potestate, hæc tibi Et paulo post hanc legem inter ceteras duodecim tabularum, decemviro tre: entelimo post anno, vt obseruatum antea, non ausos expungere tradit. Scribit & Sigismundus Liber Baro, *in comm. r. r. Moscov. apud Moscoui* 13 *tas quoque seu Ruthenos id seruatum in hæc verba, Si pater filium, vt mos est, vendit, & is quocumque modo liber factus tandem aut manuissus fuerit pater hunc rursus a quo, iterum iure patriæ potestatis vendere potest: post quartam autem venditionem, nihil iuris amplius in filium habet. Quod valde fit notabile & dabitur legi Iulianiam filiali, titulo de adoptio. expl. l. si. C. de adopt. l. 8. in. 48. §. l. si C. de emancip. libero. lib. 5. C. 11. 49.* in qua ita scriptum est, *Vos estis circi-**

tus in adoptionibus, quae per tres emancipationes, & duas manumissiones in filiis, aut per unam emancipationem in ceteris liberis fieri solent, corrigentes, &c. Vbi innuit antiquos, qui tutum ius adoptionis volebant habere, ita permisisse trinam venditionem, vt ob id patri naturali ius omne reuocandi filium in potestatem adimeretur: cum post trinam venditionem non posset in potestatem reuocare, ante posset. Quae solemnitas sublatam fuit, postquam & placuit, vt diximus, patrem ingenuum filium vendere non posse. Et alia etiam constitutione, *l. eod. C. idem Iulianus* sustulit vnam obseruationem antiquam emancipationis, per venditiones liberorum figuratas, & circumductiones inextricabiles. & iniuriola rhapsinata, quorum illi nullus videbatur rationalis exitus. Et Vlpianus eius meminit in fragmentis in *tit. 10. in corpore: Filius*, inquit, *ser emancipatus, ser manumissus sui iuris sit: id enim lex duodecim tabularum habet his verbis: si pater filium ser vendidit, filius a patre liber esto.* Solon lege sustulit ius vendendi filias & sorores, ni qui cum viro coeuntem virginem deprehendisset: auctore Plutarcho in *Solone*. ¶ Videtur ¶ & Modestinus Iuriconsul. *l. si inuiti, l. si de iis qui serui sunt vel alii iur. lib. 1. P. tit. 6.* indicare, suo tempore abiisse quoque in defunctu dicitur, vt filius emancipatus semel, posset iterum reduci in potestatem eo iniuri, sine causa tamen ingrati tudinis a patre, dum responderet iniuriosos filios naturales vel emancipatos non reduci in patriam potestatem. ¶ Tertius ¶ effectus huius patriae potestatis, seu vtilitas patris est, vt quae sit a filio in potestate constituto, patri quaeratur, sed cum distinctione iurisdictionis veteris & Codicis: nam illo pleno iure, vt nec momento modicum quippiam penes filium remaneret: quarebatur, *l. placet, de acqu. hered. in P. l. 2. de pat. pot. lib. 8. C. tit. 4. 7.* Isto autem, quod pertinet tantum ad vltimum fructum quaeratur patri a filio, *l. cum oportet, l. si de bon. qua. lib. lib. 6. C. l. 2. de bon. mat. eod. lib. C. §. 1. per quas perso. nobis acquir. in aduentitias, remanente intacta filio proprietate, l. si nulla de iud. d. in P. §. 1. de rit. per quas perso.* ¶ In ¶ castrensisibus namque, vel quasi castrensisibus, vt oq; iure receptum est, nec patri vltimum fructum, neq; proprietatem quaeri: quia in illis pro patrefam filius habeatur, praecipuaq; sibi facit, *d. l. cum oportet, l. si serui, de aduoca. diuerso iudicio. C. l. si de inoff. testa. l. si de colla. lib. 6. C. cum similib. l. §. nec castrenses, de colla. bonor. in P. l. §. i. §. exceptis, l. §. eadem obseruando, de bon. qua. lib. & de illis sine consensu parentis potest dispone re viuens, & testamento, *l. cum lege, de sacros. eccl. C. aut presbyteros de episc. & cler. C. l. serui, de aduoca. diuerso iud. C. l. §. qui test. fac. poss. lib. 6. C. l. 2. §. 1. quib. non est permi. fac. testa.* De quo & plura tradimus de re militari in priuilegiis rerum militis. ¶ At ¶ de aduentitiis non potest nec libere alienare viuens, quia melius est ita coercere iuueniles calores, ne cupidini dediti tristitem sentiant exitum, qui eos post dispersum patrimonium expectat, *l. si filius, de bon. qua. lib. lib. 6. C. §. i. §. iur. liberi vlt. per quas perso. nob. acqu. nec moriturus restari ei licet, etiam volente patre, l. §. si quis test. fac. poss. lib. 6. C. l. qui in potestate, de testa. in P. §. 1. quib. non est per. fac. testa.* Quod pendere non debent voluntates vltimae ex alterius, quam disponentis arbitrio, *l. illa institutio, l. l. captatorias, de hered. insti. Et iuris publici testamentorum formula cum sit, l. 3. de testa. non potest remitti a priuato patre, l. ius publicum, de pati. in P.* Quamobrem si filius velit sub mortem ex suis aduentitiis relinquere, id facit per donationem causa mortis, adhibito patris consensu, *l. ius ius, §. filiusfamilias, de donat. cau. mor. P. l. filiusfamilias, §. de donat. in P. ¶* Posse ¶ tamen eundem ad pias causas testari cum consensu patris, iura videntur definire, *c. licet, de sepulch. in 6. Bartol. l. qui in potestate de testa. vide Guil. Bened. in cap. Raynuius, ad ver. matrem in super, num. 29. ¶* ¶ *seq. de testa. & interpretet. ¶* Admonebo ¶ tantum in Gallia generali recepta consuetudine, omnia filiosfamilias sibi, non patri, & omnino acquirere: siue ea sint aduentitia vel castrensia, vel quasi, & in proprietate & in vltimo fructu, vt notat Nicolaus Boerius ad §. 3. de iure & sit. pers. gl. in consue. Bitur. Challaneus in consue. Burg. §. 5. tit. des enfans de plusieurs liez, ad ver. Et fait les fructs, & Alexander in *l. placet, de acqu. hered.* Et si habeat pater commoditatem, vt Boerius vobis vt vltimo fructus bonorum filii, & dum intra 25. ann. filius degit administrationem quorundem, si voluerit, *l. §. ibi Faber, Bar. Bal. Cyn. Salyc. de bon. mater. C. eo autem recusante, curatore bonis dando ex iuris praescriptione, l. si ¶* ¶ *¶ in autem patre recusante, de bon. qua. lib. C. ¶* Non ¶ autem filio, quia sub tutela patris est. Nisi filius ex pecunia patris acquisiuisset, vel ex rebus eius: tunc enim istud censetur pro fructibus, & omne omnino aquiritur patri, in cuius est potestate. Sic enim*

& in profectiis antiquum ius acquirendi intactum est patri, §. igitur, *verfic. sancitum, per quas perso. nob. acquir.* si ex eius mandato filius negotiatus fuerit: alioquin si sine mandato, industria filii consideratur, ac arbitris negotium committitur, quantum praecipuum ex eo lucro supra alios fratres debeat reportare, vt ex variorum interpretum sententia colligit Challaneus in consue. Burg. ad d. tit. des enfans de plusieurs liez, §. 2. ad verba. ne participant point, *verfic. nolo hic relinquere.* ¶ Iure ¶ ciuili pater non habet vltimum fructum in bonis filiifamilias, si sit pater furiosus, secundum Bart. Bald. Castrenf. & alios, in *l. cum heres, de acq. her. P.* Nec mentis compos, in donatis filio per principem, *l. cum multa, l. §. ibi Doct. de bon. qua. lib. C.* Nec si pater Iudaeus, in bonis filiorum, qui Christiani facti sunt, *c. in decorum, 28. q. 3.* quia non sunt in eius potestate. Sed num in feudo filiifamilias habeat vltimum fructum pater, videndi Baldus in *l. cum oportet, col. 4. de bon. qua. lib. & Challaneus in §. 5. rubr. des enfans de plusieurs liez, in vers. Et fait les fructs, verfic. quicquid sit teneo, in consue. Bitur. disputantes.* Similiter vltimum fructum non habet pater, in bonis relictis filio cum prohibitione testatoris, ne pater habeat, *auth. excipitur, de bon. qua. lib. C. §. 1. vt liceat mar. & ania, in auth.* Si pater etiam habeat confortium proprietatis cum filio, *auth. item hereditas, d. tit. de bon. qua. lib. C. §. si vero, cum de hered. ab int. venient. colla. g.* Vel si lex deferat bona liberis, praesumentibus parentibus soluere sine causa eorum matrimonia, *auth. idem est, de bon. qua. lib. C. quia vero, vt null. Iud. colla. g.* Sunt & alii casus, in quibus nec hodie pater habet vltimum fructum aduentitiis filii, quos videto in *glos. in §. igitur liberi, in verbo, vltimum fructum, per quas perso. nob. acquir.* & in *auth. idem est, de bon. qua. lib. C.* & apud Angelum Aretinum in *distul. §. agitur.* Quartus effectus, vt filius in potestate constitutus, suo nomine non possit esse in iudicio sine licentia & auctoritate patris, *d. l. non solum, §. necessitate, de bon. qua. lib. C. c. fin. de iud. in 6. ¶* Quod ¶ intelligitur in personis filiorum laicis, non in sacerdotibus, qui non egent eo consensu, *gl. in c. indecorum, de am. & qual. r. neque in rebus spiritualibus laici, d. c. fin. de iud. in 6. ¶* Porro ¶ quia haec materia habet inuolutam traetationem, recurrendum censeo ad distinctionem Guidonis Papae, *g. 54.* qui breuiter sic distinguit. Pro negotio, de quo agatur in iudicio, si agatur de peculo castrensi vel quasi filii, vt tunc agere & conueniri filiusfamilias possit sine auctoritate patris, *l. Imperator, ad Senatusconsult. Trebellian. in P. l. 2. ad Senatusconsult. Macedonia. l. §. P. l. 2. de Castrenf. pecul.* Si agatur autem de aduentitiis, aut pater habeat in illis vltimum fructum, & tunc solus pater agit & conuenitur, *l. final. §. ubi autem, de bon. qua. lib. C. d. aut non quaeritur vltimum fructus patri, & tunc pater agenti & fugienti filio adesse in iudicio compellitur, l. final. §. 1. verficul. necessitate, eodem.* Quod si quaeratur de profectiis, quia ea patris consentur, patris omnino requiritur auctoritas, *l. cum oportet, eod. §. 1. per quas perso. nob. acquir.* Bartolus in *distul. final. §. necessitate, de bon. C. c.* apertius mihi hanc questionem concludere videtur, cum distinctione: num in iudicio agatur de rebus seu actionibus, quae patri pleno iure per filium quaeruntur, vt tunc filius non possit agere sine consensu patris, quia non habet actionem, *l. si pater, §. videamus, de negot. gest. in P.* possit tamen agere tanquam persona coniuncta patris, *l. sed & haec, de procurator. in P.* Aut vero actiones remanent apud filium, verumtamen exercitium earum competit patri: quo casu vel praesens pater est, & tunc consensus eius exigendus est: vel absens, periculumque circa dilationem agendi versatur, vel ratione interitus actionis, vel ratione incommodi personae, & tunc agit filius non expectato consensu patris, officio iudicis, & extraordinario iudicio inuatus, *vt in l. si longius, de iudic. in P. & in l. cum filiusfamilias, de rebus cred.* Aut actiones remanent apud filium pleno iure, & tunc filiofamilias requiritur patris consensus, *l. miles, §. 1. de castrenf. pecul. in P.* Existimat autem & Bartolus, consensum patris in agendo controuerti, si filius velit agere ex iure antiquo, at in defendendo filiumfamilias scilicet maiorem posse indistincte sine consensu conueniri patris, & defendere. Et ita leges intelligi, in *l. 3. §. sed verum, de minoribus viginti quinque annis, lib. 4. P. titul. 4. ¶* Etiam ex contractibus, *l. 57. de iudic. lib. 5. P. titul. 1.* Quia ex omnibus causis filiusfamilias tanquam paterfamilias obligatur, *Causus l. filiusfamilias, 38. de alti. lib. 44. P. tit. 7. de iudic. mutuo. l. 1. ad Macedo. in P. & voto, propter legis prohibitionem expressam, l. 2. de pollicit. lib. 50. P. titul. 12. ¶* Accedere ¶ autem patrem in causa mouenda a filio in iudicio placuit, secundum Paulum Castrensem in *§. necessitate, l. si de bon. qua. lib. nu. 1. & 2.* non tantum ad auctoritatem praestandam filio in po-

testate existenti, sed etiam vt iudex non it, num ipse velit per se agere: puta, num illi actio competat, ne iudicio transacto cum filio. eo que condemnato vel absoluto pater dicat nullum, ut pote cum non domino factum. ¶ Distinguitur tamen idem Castrensis vbi sup. num. 3. fere simili modo, quo B. it. & alii. Autragamus de iure antiquo aut nouo: si de antiquo quidem, ex contractu vel quasi filius, vel ex delicto vel quasi in filii personam commisso, quarebatur aliqua actio patri. quoad exercitium: idque regulariter erat. & tunc solus pater habebat suo nomine actiones, quia dominus earum filius eius nomine tantum. Quod si filius sibi quoque actiones quarebat, & quoque exercebat, patre tamen absente vel vili existente, in quinque, Paul. l. filiusfamilias 8. & Vlp. in l. in factum. l. 2. de actio. in P. actionibus iniuriarum, vi aut clam, depositi, commodati, in factum. Interdum ex contractu patris actio acquirerebatur filiofam. veluti ex dote, & tamen exercitium erat patris, l. 2. §. in patris, solut. matrimo. contra si sibi filius actiones omnino quarebat, tunc quoad exercitium quoque & presente & absente patre illis utebatur, vt in castrensis aut quasi vt dictum quia in illis pro patrefam. habebatur, l. 2. ad Macedo in P. l. 3. §. is au. em. solus, eo. At iure nouo. in rebus profecticii peculiactio ad patrem pertinet, nec suo nomine, sed paterno tamen potest mouere iudicium filiusfamil. Quod si de aduentitiis questio distinguitur, vt si pater in his habeat vsum fructum, exercitium actionum ad eum pertineat, non filio, nisi absente patre, vel eo vili, sicut dicebamus in quinque alius ex iure antiquo: sin autem non habeat pater in his vsum fructum, subdittingue, aut non habet, quia prohibetur, vt in casibus annotatis ab interpretibus glo. & interpr. in auth. idem est. C. de bon. qua. liber. & in illis potest suo nomine filiusfam. maior 25. annor. agere sine consensu patris, l. si §. necessitate. eod. si minor, dato curatore bonis, l. si §. in autem. in secundo, eo. Aut pater non habet vsum fructum quia non vult, scilicet quia reuocat & repudiat, & eo casu, si constat de repudiatione, idem dicendum ac in precedenti casu: sin minus, tunc cogitur pater venire in iudicium vel requirent filio, si is agat vel requirent aduersario, si filius conueniat. Et ita intelligitur §. necessitate. l. si. de bon. qua. liber. C. ¶ De t. criminalibus autem iudiciis, si publicum sit, agere vel conueniri potest filiusfamilias sine consensu patris, l. inter liberos §. pen. & l. filium. ad l. lul. de adult. P. l. post legatum, de iis quib. vt ind. g. Et si conueniatur in priuato delicto, Pom. o. in l. noxal. 33. l. in l. quores, 34. & Vlp. in l. exsi. condemnatus. 3. de noxal. act. l. b. g. P. tit. 4. se defendit in consilio patre: verum pro priuato veluti pro iniuria & contumelia, non agit patre presente: nisi absente patre, vel presente & non vindicante, existente simul patre vili, filio autem in dignitate posito vt ait Vlp. in l. si d. si vnus. 17. §. filiosa. de iniur. & famo. libell. l. 47. P. tit. 10. ¶ Annotat tamen Guido Papeus in g. 54. & 40. in curia suprema Delphinali non haberi rationem auctoritatis non adhiberi patris in negotiis filii minoris 25. an. neque ob illam omissionem nullum dici vel reddi iudicium. & ita fuisse iudicatum: ac in negotiis minorum, in quibus res non pertinet ad patrem, veluti in personali, actione, & similibus non tantum requiri auctoritatem patris, sed & curatorem filio adiungendum iuxta Bart. sententiam in l. si §. 1. de verb. obl. ¶ Notat t. & Nicolaus Boer. ad §. 2. de consue. iur. sta. pers. in consue. bitur. & in add. ad Dyn. in reg. cui licet. de reg. iur. quod ex consuetudine generali regni Francie filius maior 25. annor. potest esse in iudicio sine auctoritate patris & testari, codicillari, & contrahere cum reputetur emancipatus secundum Baldum in ca. 1. §. 1. de duobus frat. ib. & conf. 84. col. 3. tit. 1. & in l. si longius §. 1. de iud. P. Alexandrum in l. si. qui testam. fac. pos. & Iasonem in l. cunctos populos. col. 9. vers. unde si statum. de sum. t. in quia in his, que iuris publici sunt, non consideratur patria potestas, habeturque pro patref filiusfamilias, l. filiusfamilias. 9. de iis qui sunt sui vel alien. iur. lib. 1. P. tit. 6. l. nam quod, ad SC. Treb. l. P. cum pater. in fin. de iud. l. in primatis, eo. & in illa etate quis presumitur sapiens, l. 1. qui. at. se excus. l. 10. C. l. 2. de min. 25. an. in P. videturque factus æqualis patri filius & ita extra eius potestatem, vt ait Aristoteles l. 1. Magno. Mora. cap. 34.

31. ¶ Quintus t. effectus, vt filius non possit sine patris consensu uxorem ducere, l. 2. de rit. nupt. in P. §. 1. de nupt. l. Paulus, de stat. ho. cum siml. vt late explicauimus in nuptiarum finitione.

32. ¶ Sextus, t. vt patria potestas preponatur omnibus tutoribus & curatoribus, nisi pater prodigus, vel vitiorum mancipium sit, l. si §. minores, de sent. pass. & restit. l. 9. C. tit. 51. l. in consilio, de cur. fur. C.

33. ¶ Septimus, t. vt nulla lis inter filiumfam. & patrem esse possit, nisi de castrensis agatur bonis vel quasi, in quibus pro e-

mancipato habetur, l. his nulla, de ind. li. 5. P. tit. 1. l. actiones aduersus patrem, de actio. in P.

¶ Emancipati t. namq; possunt petita venia a patre aduersus patrem experiri, sicuti & aduersus matrem cum eadem licentia, l. si. de in ius voc. li. 2. C. tit. 2. l. 4. in fi. & l. 5. eod. tit. in P. Quare enim litigabit pater aduersus filium sibi subditum, cum possit aduersus eum statuere, vt ait Vlpia. in l. serui & filii, l. 17. de fur. lib. 47. P. tit. 2. ¶ Demuntur t. tamen quidam casus, in quibus glossa 35 in l. si lenones, de ep. audien. C. notat, iudicium inter eas personas admitti iure. Verumtamen & in Gallia hodie, & nulla petita venia filium posse in ius vocare patrem, ex omni causa receptum esse video: quia, vt opinor, satis venia petita est, dum iudex permittit in ius vocare, nam sine iudicis precepto nemo vocandus, l. si. de exhib. rei. li. 9. C. tit. 3. & iuris executio non habet iniuriam, l. iniuriarum. 13. §. 1. & §. que iure, de iniur. li. 47. P. tit. 10. cum sim. l. bi a gl. nota. Vlp. l. 3. §. 1. de eo quod mor. cau. lib. 4. P. tit. 2. In ius autem vocare nihil aliud est, quam ius experiundi causa vocare, apud Paulum l. 1. de in ius voc. li. 2. P. tit. 3.

¶ Octauus, t. quod pater filium suæ potestatis possit etiam re: nuentem ab aliquo retentum, repetere, vindicare, & ad se compellere venire, l. 1. §. 1. de rei vind. in P. & vt aduersus detentores præiudicis interdicitis, & cognitione prætoria, ad exhibendum & deducendum, l. 1. §. post edictum, de vem. in spic. li. 25. P. tit. 4. l. 1. & 3. de lib. exhib. lib. 43. P. tit. 2. g. l. 1. eod. tit. lib. 8. C. tit. 8.

¶ Nonus t. esse potest, vt liceat tantum patribus in potestate constitutis filiis, non aliis, substituere pupillariter, l. 1. de vulg. in P. §. 1. de pupil. ap. Iust. in. & tutore testamento dare, l. 1. de test. iur. in P. §. permittum est, de tutel. ap. Iust. in.

De vilitatibus, quas filius ex patria potestate capit. Cap. 9.

1. Filiusfamilias non possunt inuiti emancipari a patre.
2. Filiusfam. non obligatur ex mutuo.
3. Filium pater non potest abdicare, id est, dicere non filium.
4. Abdicatio quid. & quomodo fiebat apud Græcos.
5. Filiusfam. quasi dominus bonorum patris eo viuente.

Sicuti t. parentes non coguntur inuiti filios a potestate solvere, §. in quib. mo. ius pa. pot. sol. l. nec auus. C. de emancip. libero. l. non potest, de adop. cum sim. sic inuiti non emancipantur filii, §. generaliter, quib. mod. na. est. sui. col. 7. tit. 1. l. nec auus. in fi. & l. iudicemus, in sine, de emancip. lib. C. ob iura & vilitates quas inde percipiunt.

¶ Quarum t. illa, vt ea pendente ex mutuo contractu iure communi non obligentur ex senatusconsulto Macedoniano, l. 1. & 101. tit. 1. ad Maced. in P. & in C. Iust. in. cuius vlt. finaf. Vespasianus, vt ait Suetonius in Vespas. c. 11. demit vndecim casibus, in quibus obseruauerunt interpretes glossa in §. illud proprie, in ver. senatus, quod cum eo qui in al. e. potest negot. gest. & c. l. 4. Iust. tit. 7. ex iuri. decisionibus eius decretum cessare. ¶ Altera, t. quod non liceat patri filium negare senatusconsultis de partu agnoscendo repugnantibus, Dio. & Max. l. nec filium. 9. cum similibus. ibi nota. de pa. pot. C.

¶ Sic t. sublata inter Romanos abdicatio, qua Græcis ἀποδοξίς 4 & c. abdicatio. 6. de pat. §. o. C. Lex est, inquit Quintilianus lib. 7. Inst. iur. Orato. c. 1. vt minus audientem dicit filium liceat abdicare. Atque Plato lib. 11. de legib. id explicat, dum permittit patri filium abnegare & abdicare: verum statuit abdicacionem faciendam non a patre solo, sed & a genere vniuerso depellendum filium, id est, adhibito consilio & suffragiis proximorum, apud quos accusetur filium, ostendatque dignum qui depellatur, data licentia defensionis filio. Et si plura suffragia quam dimidia partis sint, tum masculorum tum feminatum, nisi etas impedimento sit, tunc liceat abdicare: quo casu esset necessarium filium abdicatum alio abire. Si ut contra permittit filio patrem accusare, morbo, senio, aut morum acerbitate in demeriam incidentem, & res dissipantem. Cuius accusacione, admittentibus legum custodibus patrem tanq; filiumf. domi se continere iubebat. Hefychius ἀποδοξίον dicit vult eum, qui propter delicta, paterna domo eiectus fuit ob pœnā. Abdicatū & negatum filium abdicatum quasi per præconem, pœna facit differre ab abdicato per emancipationem & adoptionem, qua; transfert in familiam alterius. Sic Suidas ἀποδοξίον, differre a superiori tradit, quod ἀποδοξίον eiciatur ἐκ τῆς οἰκίας: at vero ἐν τοῖς νόμοις ἡ ἀποδοξίς ἐστὶν ἐπιπέρας οὐκ ἔστιν ἀποδοξίον. ¶ Tertia t. vilitas q. videatur filius quasi dominus bonorum patris viuente patre, & ideo in eum post mortem eius sine additione per immissionem videatur continuari dominium: unde

vnde & filia familias sicuti & paterfamil. dicti sola nota adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit, vtraique Paulus in l. in suis 11. de libe. & posthum. lib. 28. P. tit. 2. l. 2. §. filium pro hered. in P. l. in suis, de suis & legit. hered. Observandum tamen hic, notam adici impropretatis quasi, eo quod vere dominus non sit, sed tantum ipse. Quoniam lege 12. tabul. Alexandro lib. 6. Genia dicit. c. 10. notat cautum, Neque filius quicquam in bonis, viventibus patribus esse. Cum enim propria sibi habere non possent, neque ea quae parentum erant possidere vere dicuntur. Sunt & alia iura & utilitates, quae ex paterno vinculo oriuntur: verum tamen illae sunt communes emancipatis & suis, ut alium locum tractationis sibi exposcant, nampe successione alimentorum, obsequiorum, & id genus similitum. De alimentis autem quaedam dicta in 9. onere matrimonii: de aliis propriis etiam locis Deo fauente agetur.

De Solutione patriae potestatis. Cap. 10.

- 1 Filios exponens, indignus patriae potestate, §. 3.
- 2 De filiis non exponendis leges.
- 3 Expositi filii an sint serui eorum, qui eos educaverunt.
- 4 Filii nutriendi dari non debent pastribus, id est, latronibus: possunt tamen dari rusticianis. Filios lactandos non lactare matres, expositio est, eod.
- 5 Patriatus dignitas, & flaminis dialis, & vestalis liberabant a patriae potestate, §. 6. 7. 8.
- 6 Patriatus dignitas qua.
- 7 Flamen dialis quis.
- 8 Vestis privilegia.
- 9 Emancipatione tollitur patriae potestas, & quomodo fiat.
- 10 Patriae potestas solvitur permissente patre suo uxore rite profecto ducere.
- 11 Emancipatus censetur filius tacite, si pater illum seorsum res suas agere permittat diu.
- 12 Emancipatus in quibus censetur in Gallia maior viginti quinque annis, §. 11.
- 13 Patriae potestas morte civili & naturali tollitur.

Pluribus modis patriae potestas solvitur, & amittitur, inter quos primus si quis passus fuerit propriam sobolem exponi, quam nec postea suam dicere poterit: vt ipse indignus prole, qui crudeli, non paterno animo morti obicit, & pœnis etiam extraordinariis coercendus ex constitutione Gratiani & Valentis, l. 2. de infant. expos. lib. 8. C. tit. 7. Neque enim, vt diximus ex sententia Diocletiani & Maximiani, nec filium 9. de pat. pot. lib. 8. C. tit. 4. 7. liberum est alicui filium negare, senatusconsulto denunciata potestate de partu agnoscendo, Pœna in l. 1. Iulianus, §. 5. pœna, de lib. agnos.

Legem de exponendis libe. is aliquam Romulus quondam tulit, Primum enim, inquit Dionysius Halicarnasensis, in 2. necessitatem colonis imposuit educandi quicquid esset masculum, & filius primogenitus, nullam autem prolem necari permisit minore triennio, nisi si quid mutuum, aut aliqui prod. gessum in ipso partu editum fuisset. Talis enim seruis exponi a parentibus non vetuit, sed indicatos prius quinque viris vicinis proximis, si illis quoque exponendos visum fuerit: contra hanc legem committentis, prater alias multas, etiam dimidium bonorum addixit arario. Abiit tamē in desuetudinem exponendi illa facultas, sicuti & necandi potestas, l. fin. de pat. pot. C. vicina namque sunt occidere, & subsidia vite denegare, l. necare, de libe. agnos. in P. Erat apud Thebanos teste Aliano lib. 2. de va. hist. c. 7. lex rectissima, humanissime posita. Ne cui Thebano liceat infantem exponere, vel in solitudinem abicere, capitis pœna apponitur. Iubens quoque, parentes in extrema necessitate postpositos potius ad magistratum cum sacris deferre, qui eos curarent ali publico sumtu ab alto. Qui postea eos casu seruum servarum, loco haberet, alimentis cum seruitute compensata. Similis huius potestatis partem Constantini & alia Theodosii & Honorii, Constant. in l. 1. Honor. & Theod. l. 2. de expos. lib. 5. C. eod. Theod. tit. 7. quibus voluntarie expositi, suscipientes sunt serui: & ita desinunt esse in potestate parentum, vt non possent huiusmodi a seruitute eximi, Constant. in l. 1. de his qui sanguinem, vel nutriend. acceper. eod. lib. C. Theod. c. 8. Idque, vt arbitror, vt esset seruis contumelia consanguineis, & pœna liberis quod impie ob æs modicum permittissent filium & proximum mancipii seruituti, cautiore scque essent hoc prob. o in posterum idipsum non permittere: ignominia enim liberi generis est habere seruum in eo, leg. 1. de liber.

causam P. Quamquam benigniorē viam Iustin. secutus, & ne infans, qui non peccavit, aliorum impietate macula seruitutis plecteretur contra iuris præcepta, l. crimen paternum, de pœn. in P. l. sancimus, C. eod. sustulerit expositis ab aliis nutritis seruitutis iugum, & statuerit licere, l. 3. de infant. expos. C. parentibus repensis alimentis alumnō patri a libera se, vitute redimere. Meminit Quintilianus lib. 7. c. 1. legis huius de expositis: Pater, inquit, qui expositum agnoverit filium, solutus alimentis recipiat. Et rursum, qui expositum recepit, imperat ei lex nuptias locupletis propinqui. Quare & Diocletianus & Maximianus, aliquando statuerunt, l. patrem 16. de nupt. lib. 5. C. tit. 4. dum agunt de consensu paterno nuptiis filiae in potestate constitutae adhibendo, saluum & integrum potestatis ius esse patri in filia exposita, si modo restituat pretium alimentorum in eam expositam factorum. Verum tamen recentiores Cæsares Valentinus, Valens, Gratianus, melius & sanctius decreverunt, in l. 2. de infant. expos. C. omnino eos, qui exposuerunt, priuari patriae potestate, & si expositus liber sit vt indigno obsequio, qui contemserunt & vitam & mores filiorum. Patres enim natura fecit, non vt Venerem & voluptatem explerent sed vt administri natura & reipublica essent, alendo, & probis moribus instituendo.

Utopime etiam Honorius & Theodosius inhiberint, 4 in l. 1. tit. ne pastor, filii dent. nutri. lib. 9. C. Theod. tit. 31. olim. ne quis pastoribus filios nutriendos daret, alioquin illis pœna, vt loci latronum imminente: quamvis rusticianis, vt fieri inquit solet, dari non vetamus. Phauorinus Aul. Gel. lib. 12. cap. 1. hoc non longe ab abdicatione & expositione abscedere arbitrat. Quod est enim, inquit, hoc contra naturam imperfectum ac dimidiatum matris genus, peperisse ac statim ab se abicisse, aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret: non alere autem nunc suo lacte quod videat tam viventem iam hominem, iam matris officia implorantem. Et postea, Prater hac autem, quis illud etiam negligere aspernari que possit, quod qua partus suos deserunt ablegantque a se, & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura confociat, intercindunt, aut certe quidem diluunt, deteruntque, &c. quae sequuntur apud Gellium, ubi supr.

Secundo solvitur patriae potestas, ob dignitatem aliquam filii maiorē, vt si filius familias ad patriciatum pervenerit dignitatem, l. fin. de consul. lib. 12. C. & in constit. constitutio que de dignitate, §. c. in aush. coll. 6. §. filius familias, quib. mod. in pat. pot. sol. l. fi. de decurio, lib. 10. C. aliae autem dignitates inferiores non solvunt, nec ea quoque vel alia qualibet ex legibus Romuli, Dionys. Halicarn. in 2. Theodorius rex Gothorum, cum Cassiodorus patriatus dignitate donavit, in epistola qua illud insinuat Senatui Romano, Cassiod. lib. 1. varia. epist. c. 1. ait, eam esse supremi gradus, Cassiodorus autem in forma patriciatus, Idem, lib. 6. Var. c. 2. scribit hanc dignitatem perpetuam, æqualem fere sacerdotio, quia patricio, vni prima familia numini dedicata. Et liberari eum, qui huius cingulo cinctus fuisset patriae potestate, nisi contra a principe caueatur: vt qui amplissimum genium libertatis acceperit, vilissimam conditionem cum subditis non habeat. Eumque præcedere paterfamilios viros dignitate. Ex quibus locis patriciatus longe alius est, maiorque magistratus illo, qui patriciis id est, non plebeis dabatur. De quibus frequens in comitiarum & antiquitatis inquisitione mentio, & explicat Nicolaus Gruchius, lib. 2. de comiti. Rom. c. 2. Patricii namque antiquis nobiles, qui propagati ex stirpe eorum, quos in patres seu senatores delegit sibi Romulus Dio. Halicarn. 2. Maior tamē hæc dignitas patriciatus, quæ faciebat patrem totius Reipub. vt notat Suidas & Budæus, in annot. prio. ad P. in l. fin. de senat. §. Vlpianus quoque in l. frag. sen. tit. 1. 10. in fin. in potestate parentum esse definire: et adit eos, qui in flamines Diales inaguntur, & quæ in virgines Vestæ capiuntur.

Flamen Dialis vni Ioui erat consecratus, quem Numa insigni veste, curulique sella adornavit. Solus, vt Varro ait, albo galero usus, eo quod flaminum esset maximus, dignitas, iuraque & privilegia propemodum regia illi concessa, quæ refert Aul. Gellius lib. 10. cap. 15. Plutarchus, l. br. Problem. Froble. 42. & 48. Varro, in 5. de ling. Latin. Dionysius Halicarnasensis in 2. Livi in 1.

De Vestali quoque lex antiqua, vt virgo Vestalis simulatque capta atque in atrium Vestæ deducta, & pontificibus tradita esset: eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione, e patris potestate exiret, & ius testamenti facienda

adipisceretur, vt auctores Dionysius Halicarnassensis, in 2. Gellius lib. 1. c. 12. & alii.

¶ Tertio soluitur emancipatione potestas, dum pater eorundem magistratu legitimo proficitur, sublati antiquorum circuitibus de quibus supra diximus, se eam potestate manuum suamittere, l. pen. & fin. de eman. liber. C. §. prater ea, quib. mod. ius patr. par. sol. Trina autem emancipatio ad hoc, vt plene iuris sui esset filius olim requirebatur lege duodecim tabul. in filiis primi gradus. Ceteri autem liberi, prater filium, tam masculi, quam feminæ, vna mancipatione & manumissione sui iuris fiebant, vt ait Vlpian in tit. ex corpore iuris, tit. 10.

¶ Quarto, lex est Numæ Dio. Hali. in 2. Si pater permiserit filio uxorem ducere, futuram bonorum & sacrorum iuxta leges participem, patri post hac nullum ius esto vendendi filium. Vnde ex eo immunita, & si non sublata censeatur potestas. Et nunc in Gallia ex consuetudine quorundam locorum, filius ducens uxorem habetur pro emancipato, & vt sui iuris in omnibus acquisitionibus, vt apud Bituriges in consuet. Bitur. tit. de iur. & stat. perso. §. 2. Et hanc consuetudinē & statutum si fiat hac de re valere ait Bartolus, l. si maritus. §. legis Julia, ad l. l. de adult. Receptumque consuetudine Senenli, Consuet. de sens. tit. de Bail. art. 148. Blefensi, Consuet. de Blois, tit. de l' estat des person. art. 1. Burgundia, Bourgoge tit. des enfans de plisse, tit. §. 3.

¶ Quinto, tacite præsumitur emancipatus filius, si pater eum diu passus sit res eius, vt patremfam gerere ex rescripto Antonini, l. 1. de eman. liber. lib. 8. tit. 47. Paulus autem Iurifcon. in l. sicum fideicomissa. 16. §. Aristo. qui & a quib. manum. lib. non fiant, li. 40. P. tit. 9. Diu verbum decennium interpretatur, ad præfribendam libertatem sufficiens tempus, quando manumissio a non habente potestatem facta fuit. Sine autem manumissione Diocletia. & Maximianus bonæ fidei possessionem pro libertate viginti annos præscribit, Diocl. & Max. in l. 2. de long. temp. præscr. que pro libertate, non contra libertatem opponitur, lib. 7. C. tit. 22. Et ita hodie feruari tradunt Andr. Barbaria, in l. sciendum, col. 26. in fin. vers. & adduco. de ver. oblig. Baldus in l. post mortem, de adop. filiumfam. qui per viginti annos seorsum a patre habitauerit negotiando, vt emancipatus, pro emancipato haberi. Meminit & Const. Harmonopolus lib. 1. propt. iur. tit. 18. nouellæ constitutionis Cæsarit Leonis, qua filius habetur pro tacite emanci-

pato, qui non contradicente patre, sibi certum & stabile viuendi genus delegit, si res suas prudenter & studiose gerenti minime aduersatus est, per se viuere eum permittens quamuis necdum ad eam peruenit ætatem, qua matrimonium contrahere possit. Quia ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur solemniter acta, omniaque necessaria solemnitati supplentur, vt in aliis, l. qui in aliena, §. sed si non, de acq. her. in P. l. cum de in rem verso, de vsur. l. hoc iure, §. ductus aque, d. ag. quorid. & est. l. 1. §. denique, de ag. plu. arc. l. sciendum, de verb. oblig. Et ideo non officit rescriptum Dioclet. & Maximiani, l. non nudo 3. de emancip. libero, lib. 8. C. tit. 49. quo deciditur, non nudo consensu patria potestate liberis, sed solemniter acti liberari: nam hoc silentio paterno, neque nudus consensus, sed solemniter præsumitur. Sed & hic tempore breuiori ex consuetudinibus singulorum locorum liberari potestate obseruabis, vt iusi per annum Burdegalæ seorsum filius habitauerit a patre, §. 2. de stat. pers. in consuet. Burdeg. & ibi Ferronius. In Burgundia quoque seorsum a patre habitans, pro emancipato habetur, in consuet. Burg. tit. des enfans, de plus. l. tit. §. 3.

¶ Sexto tradunt Interpretes, Bal. in c. 1. §. 1. de duob. fratri. A. lexand. in l. si quis restam. fac. poss. & alii supr. citati, ex generali consuetudine Galliarum maiorem 25. annis posse esse in iudicio, vt supra diximus in effectibus huius potestatis, sine auctoritate patris, posse testari, codicillari, & contrahere, eo quod habeatur pro emancipato, talique reputetur.

¶ Postremo modo soluitur patria potestas morte naturali filii, aut patris, dummodo postea nepos incidat in aui potestatem, §. 1. quib. mod. ius patr. po. sol. l. nepotes. de iis qui sunt sui vel alien. iur. in P. que & in morte ciuili contingente locum habent, §. cum autem, quib. mod. ius patr. po. sol. l. si quæ pena, de iis qui sunt sui vel alien. iur. Suspenditur autem potestas capto patre ab hostibus, l. in bello §. si quis captiatur, de capti. P. §. si ab hostibus, dicit. tit. quib. mod. ius Vlpian. in tit. 10. nam & eo postliminii iure reuerfo, eandem recipit: Sicuti & deportatus restitutus, l. si §. minor. de senten. pass. restit. lib. 9. C. Si patri, inquit Vlpianus in fragmen. seu titul. tit. 10. vel filio aqua & igni interdicitum est, patria potestas tollitur, quia peregrinus sit, cui aqua & igni interdicitum est. Neque autem, peregrinus cinem Romanum, neque cinis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

DE TUTORIBVS ET TUTELA LIBER XII.

De Tutoria potestate, & Tutelis in genere. Cap. 1.

Lib. 1. Instit. tit. 13. Lib. 5. C. tit. 28. Lib. 26. P. tit. 1.

- 1 Continuatio libri.
- 2 Personarum alia diuisio, in eas qua in suam tutelam venerunt, Et que non venerunt, & que tutelam aliorum habent.
- 3 In tutela sua qui sunt.
- 4 Pupillus, & impubes quis dicatur.
- 5 Orphanus quis.
- 6 Tutores qui, & quare, & tutela.
- 7 Tutela personarum cur introductio ratione, primaque a naturali hominum omnium coniunctione.
- 8 Tutela seu curatio diuina & humana. Humana alia inuitis, alia volentibus imperat.
- 9 Tutela & curatio minorum & subditorum in utilitatem eorum indita.
- 10 Tutorum & curatorum fides maxime cur desiderata.
- 11 Pupilli alendi, ubi sine suspitione alii possunt.
- 12 Pupilli pupillane a tutoribus debent instrui, & moribus bonis erudiri.
- 13 Tutela prospicit & rebus minorum.
- 14 Q. Fabii Maximi filio ob prodigialitatem bonis interdicitum.
- 15 Tutor Senatori prodigo, vt pupillo, datus a Tiberio.
- 16 Tutores etiam filiabus puberibus dati.

¶ Vblata est medio vel e viuus patria potestate, diximus filios sui iuris effici: hoc tamē aliam recipit interpretationem. Vt interdum non plene sui iuris efficiantur, a-

liquando plene. ¶ Atque hoc ideo alia distinctio personarum consideranda est, ratione ætatis filiorum potestate liberatorum: vt personæ aliæ dicantur in suam tutelam peruenisse, aliæ sub tutela alterius esse, aliæ curam & tutelam aliorum habere. ¶ In suam tutelam peruenisse dicuntur, habita ratione & status eius, de quo sermo habetur & mentis eius qui loquitur, minores & impuberes quidem puberes facti. At pubes tutelam suam adeptus dicitur, qui ad legitimam 25. anno ætatem peruenit: in furioso, prodigo, & eo cui ob causam prætor curatorem dedit, quando cura & tutela liberatur. Interdum & in filiofa. is in tutelam suam peruenisse dicitur, qui etiam in suam potestatem venit, id est, quando a patris liberatus est potestate, & pubes fit, vt omnia prosequitur & explicat Vlpianus in l. cum filiofam. 48. de legat. 3. lib. 32. P. tit. 1. Proprie tamen & simpliciter in suam tutelam peruenit, qui eius ætatis est, quæ amplius tutore non indiget, si masculus sit 14. ann. & femina viripotens 12. Paul. l. si filiofam. 49. eod. Ea enim ætate finitur, vt docebimus Deo fauente postea tutela.

¶ Porro qui intra eam ætatem est, pupillus est, seu impubes 4 dictus, sine sit in potestate patris, l. fin. §. si pupillus, de verb. oblig. in P. l. si infans, §. prin. de iur. deliber. lib. 6. C. siue extra potestatem: siquidem vox communis est a puppo, id est, puero & minore declinata. Verum tamen cum alio nomine dicatur, qui in potestate patris sit communiter, qui caret & est priuatus intra illam ætatem cura & officio patris pupillus dicitur. Et ita cum Pomponio IC. l. pupillus est 239. de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16. pupillus est, qui cum impubes est, de sit in patris potestate esse, aut morte, aut mancipatione. ¶ Orphanum qui vocant Græci, quod s tainen